



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Dispvtationes
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1652

Dispvtatio XVI. De præcepto sumendi Eucharistiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

quia altera fit ex iure consummandi sacrificium, quod acquirit, qui loco consecrantis succedit, & incipit consummare; altera vero non fit ad consummandum sacrificium, sed est solum sumptio sacramentalis, & praequirit ieiunium naturale, sicut in Laico sumente vnam hostiam post aliam.

87.

Tertius casus est ad vi-
sandam irre-
uereniam.

Tertius casus, in quo potest absque ieiunio accipi Eucharistia, est, quoties oportet illam consumere, ad vitandam irreverentiam, ut si periculum sit, quod deueniat in potestatem infidelium, vel hereticorum, aut quod cōbūratur, vel comedatur à bruto; tunc autem & à Sacerdote, & à Laico (inquit Vásquez) etiā non ieiuno, si nullus Sacerdos fuerit, sumi potest. Sed non video, quo spectet illa limitatio si nullus Sacerdos fuerit; in illo enim casu, etiā Sacerdos fuerit ieiunus, poterit dari Eucharistia consummanda Laico ieiuno, & rursus si adit Sacerdos non ieiunus, poterit dari laico non ieiuno; quamvis enim praefante Sacerdote, non debeat Laicus ipse sibi sumere, sed de manu Sacerdotis, potest tamē Sacerdos tunc vel sibi sumere, vel Laico dare, prout voluerit.

DISPUT. XVI.

De precepto sumendi Eucharistiam.

SECTIO I. *An sit preceptum diuinum sumendi Eucharistiam.*

SECTIO II. *Quas personas, & quando obliget hoc diuinum preceptum.*

SECTIO III. *Virum debeat, vel possit dari viaticum illi, qui eadem die, ex deuotione communicauit.*

SECTIO IV. *De precepto Ecclesiastico communio- nis Pascalis, & annue.*

D^VPLEX potest considerari preceptum, alterum Diuinum, alterum humanum; de utroque in hac disputatione dicendum erit.

SECTIO I.

An sit preceptum Diuinum sumendi Eucharistie.

I.
Fundamen-
tum senten-
tia negantia.

N^On pauci negant, dari aliquod Diuinum preceptum suscipiendi hoc sacramentum; Alex. Bonauent. Gabriel in *Canon. lib. 87.* Ferrar. Sylvestr. quos refert Vásquez *disp. 213. c. 1.* quam etiam sententiant tenuit S. Thom. in *4. dist. 6. q. 9. n. 1.* art. 2. *questiuncul. 2.* & *dist. 12. q. 3. art. 2. q. 1.* Fundamentum potissimum est, quia cuiusmodi preceptum nec sequitur necessario ex institutione sacramenti, nec colligi potest ex alia capite. Non primum, quia effectus huius sacramenti est augmentum gratiae, qui non est simpliciter necessarius ad salutem; ergo sicut alia sacramenta, quae augent gratiam, non sunt necessaria ex Diuino precepto, sic potuit hoc non esse necessarium, sed institui ad maiorem abundantiam, & pro illis, qui ad maiorem sanctitatem adspirent. Non etiam secundum, quia ex nullo loco scriptura colligi potest talis necessitas precepti; ergo absque fundamento adstruitur.

2.
Contraria
affirmans
communis,
Vásquez,
Suárez,

Contra sententia communis est, quam, mutato consilio, amplexus est S. Thom. in *proseni art. 11.* Durand. Palud. Gabriel sibi eciam contrarius in *4. disti. 9. quaest. 1. art. 2.* Roffensis, Caietanus, Ledesma, vt ergo Sotus, & alij quos referunt & sequuntur Vásquez ubi supra cap. 2. & Suárez in *pra-*

senti, disp. 69. sect. 1. & eam tenent Recentiores communiter.

Pro hac sententia possumus (ni fallor) adducere meritum Augustinum, *Epišt. 118. ad Iuanarium, c. 1.* *Ad* vbi probat suavitatem, & facilitatem legis Euangelica ex eo, quod Christus paucissima, & facilissima in ieiuniis innumeris illis Mofacce Legi preceptis inter recepta autem paucis, & faciliis a Christo imposita numerare videtur precepsum hoc suscipiendo Eucharistiam. Sic enim ait: *Ang. Primo itaque tenere te volo, quod eſt huius disputationis caput, Dominum nostrum Iesum Christum, scilicet ipse in Euangeliis loquitur, leui iugis noſ subdidisse, & sarcina leni. Unde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facilissimis, significacione praestantissimis, societatem non populi colligant, scilicet Baptismus Trinitatis nomine consecratus, Consecratio corporis, & sanguinis ipsius. Si quid aliud in Scripturis Canonice commendatur, exceptis iis, quae serviuere populi veteris pro congruentia cordis illarum, & Propheticis rebus onerabant, que & in quinque libris Moysi legitur, in quibus verbis Augustinus loquitur de mera institutione Baptismi, & Eucharistiae, sed de preceptis corum sacramentorum, afferat enim ea solum ad ostendendam facilitatem legis Euangelice, in qua Christus paucissima, & facilissima precepta impoluit. Hoc autem ipsum clarius declarat in verbis immediate sequentibus, ex quibus apparet, ipsum solum loqui de preceptis, quorum aliqua paucis, & facili dixerat in Scriptura commendari; de aliis vero subdit: *Hila autem, que, non scripta, sed tradita custodimus, quia quidem rotu terrarum obseruantur, datur intelligivel ab ipsi Apostoli, sed plenarius Concilii, quoniam est in Ecclesia fabularima auctoritas, commendata, atque statuta retinerunt, scilicet quod Domini passio, resurrex̄tio, & ascensio in celum, & adventus de calo Spiritu sancti, anniversaria, lemitate celebratur; & si quid aliud tale occurrit, quod seruatur ab universa, quacumque se diffundit, Ecclesia. Alia vero, qua per loca terrarum, regiones variantur, scilicet eſt, quod alij ieiunant Sabatę, alij vero non; alij quotidie communicant corporis, & sanguini Dominicō, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermititur, quo non offerantur; alibi Sabato tantum; & Dominicō; alibi tantum Dominicō; si quid aliud huiusmodi animaduertit potestorum hoc genus rerum libera habet obseruationem; nec disciplina vlla est in his melior graui prudenti; Christianum quam ex eo modo agat, quo agere viderit Ecclesia, ad quacumque, forte deuenierit. Ecce Augustinus clare distinguunt inter communionem, & inter vnum communicationi diebus Dominicis, vel singulis diebus illam dicit eſt ex precepto Diuino; hunc vero, sibi est illa obligatio, eſt ex precepto humano: supponit ergo, inter Christi precepta vnum fuisse de communione corporis, & sanguinis sui.**

Ex scriptura duo loci affiri solent ad id probandum. Primus est ex c. 6. Iohannis in illis verbis: *Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & liberabit eum sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quod autem verba licet aliquando explicari soleant de mandatione spirituali; hoc tamen non excludit, quin possint etiam, & debeat principaliter intelligi de mandatione sacramentali; vt cum communione Theologorum notauius supra *disp. 3. sect. 2.* & defensum videtur ex Concilio Trident. *Seſ. 12. c. 2.* vbi verba sequentia: *Qui manducat me, & ipſe viues proprie me adducetur, & intelliguntur de mandatione sacramentali: in eodem ergo sensu debent intelligi verba precedentia, atque ideo debent continere ad minus necessitatem precepti.*

Secundus

Secundus locus est Lue. 22. & 1. ad Cor. 11. Hoc facite in meam commemorationem, in quibus contineatur præceptum Christi non solum ad Apostolos præfentes, sed ad nos omnes, faciendo id, quod ibi factum erat. Cum ergo ibi non solum facta fuerit consecratio, & oblatione à Christo, sed etiam sumptio ab Apostolis non sacrificantibus, consequens est, ut eiusmodi etia sumptio præcepta fuerit à Christo mandata fieri in Ecclesia id totum, quod tunc factū fuerat.

*Repföderi primo potest ex Caietano in præfentis art. 11. in illis verbis non contineri præceptum sumendi Eucharistiam, sed sumendi eam in memoriam passionis Christi, hoc est, commemorandi Christi passionem, si Eucharistiam sumimus; quem solum tensum videtur exprimere Ecclesia in Canone, dum illa verba paulo alterius profert: *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.**

*Hæc tamen responso refellitur primo ex Trid. s. 13. c. 2. vbi ex illis verbis dicitur, quod Christus illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, sanguine annuntiare mortem donec ad indicandum veniat. Quod quidem ipsa Christi verbasatis exprimuntnam qui præcepit, vt fiat aliquid festum in memoriam, vel honorem aliquicui sancti non præcipit solum conditionate, quod scilicet, si fiat, fiat in memoriam illius sancti, sed præcipit absolute, quod fiat. Secundo, quia si præceptum solum effet conditionatum, non effet præceptum etiam Sacerdotibus offerendi absolute hoc sacrificium, sed solum conditionem, si offerant, offerendi in memoriam Christi. Tertio, quia in hoc casu non potuit aliter præcipi illa commemorationis passionis, nisi præcipiendo ipsam sumptionem: nam qui sumit, non debet habere actum reflexum, quo ordinet illam sumptionem ad commemorandam Christi passionem: imo regulariter rustici, omnes & indocti hoc ignorant, sed fatusciunt sumendum ipsum sacramentum, cuius sumptionem Christus instituit, & ordinavit ad significandam, & repræsentandam suam passionem; vel nullum ergo præceptum imposuit, vel fuit præceptum sumendi sacramentum. Nec oportet, quod Ecclesia totius præcepti vim exprimeret in Canone, in quo solum voluit excitare fidèles ad recordationem passionis Christi; & ad hoc sufficit ille sensus conditionatus, quem etiam expedit Paulus, cum dixit: *Quotiescumque enim manducabis panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annūcias.* Secundo respondent alij præceptum illud impossitum fuisse Apostolis, & Sacerdotibus faciendi, quod Christus fecit, scilicet, offerendo, consecrando, & sumendo; quem tensum videtur etiam expressisse Ecclesia in Missa corporis Christi in illis verbis: *Quod in cana Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam.* Habent ergo præceptum Christi Sacerdotes consecrandi, ut alij accipiant, si velint; non tamen habent alij præceptum accipiendi: sicut etiam Episcopus habet obligationem consecrandi Chrismam, & Oleum pro sacramentis Confirmationis, & Extremæ - vñctionis, licet alij non habeant præceptum sufficiendi ea sacramenta.*

*Hæc etiam responso reiicitur, primo, quia ad illos omnes dirigitur illud præceptum, qui sumptio ne ipsa commemoratione possunt Christi passionem; hac enim commemoratione non habetur, nisi ex illis Christi verbis: ergo illi soli possunt commemorare passionem, ad quos verba illa diriguntur. Possunt autem, & de facto commemorant non solum Sacerdotes, sed etiam Laici sumentes, vt testatur Paulus verbis supra adductis, *Quotiescumque manducabis panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annūcias;* quævniuersalia sunt, & ad omnes fideles diri-*

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis,

gebantur; ergo verba etiam illa, *Hoc facite in meam commemorationem, non ad solos Sacerdotes, sed ad omnes fidèles diriguntur; non tamen eodem modo ad omnes, sed iuxta munus singularium, scilicet, ut illam actionem, propter ad singulos speciat, singuli facere debant, Sacerdotes offerendo, consecrando, sumendo; Laici vero sumendo, utriusque in memoriam Christi.*

Addere denique possumus rationem defumptam ex ipsa institutione, qua hoc sacramentum institutum est per modum cibi, & potus: nam sicut cibus necessarius est ad conferuandam vitam materialem, quia medio cibo reparamus id, quod continua caloris actione deperdimus; sic cibus sacramentalis necessarius est ad reparandum id, quod continua somnis operatione debilitatur. Sic enim Baptismus etiam, & Pœnitentia necessitatem afferunt, quia illa generationem, hac curationem à lethali vulnera, vel morbo significant; quæ vtraque necessaria est ad vitam, illa omnibus, haec lapsis; & lethaler vulneratis: non est autem minus necessarius cibus ad eandem vitam conferuandam; ergo ipsa institutio sacramenti, quod effet cibus in vita spirituali, afferunt non esse sacramentū liberū, sed necessarium; sicut nec cibus corporeus est ex iis, quorū vñsum liberū nobis natura reliquit. Quam necessitatem Confirmatio, vel Extrema - vñctio non ostendunt, quia illa solum significat vñctionē vñlem quidem ad melius luctandum, non tamen omnino necessariam ad luctam; hac vero significat quidem medicinam, non tamen necessariā per se ad sanitatem, sed vñtem ad eandem sanitatem confirmandam, & tollendas reliquias morbi præteriti, quæ omnia non arguant necessitatē simpliciter, sicut arguitur in cibo, fine quo vita conseruari non potest; quam analogia significasse videtur Christus illis verbis: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quia vero haec cibi necessitas ad vitam spiritualē conseruandam non poterat oriri ex natura vitæ spiritualis, sicut necessitas cibi corporei oritur ex natura vitæ corporeæ, oportuit, vt aliunde, & ab extrinseco oriatur, scilicet ex præcepto Christi, sine quo non effet necessarium hoc sacramentum ad conferuandam vitam spiritualē; nam gratia habitualis semel accepta conseruatur, quamdiu non expellitur per peccatum mortale, & afferit secum ex lege Dei auxilia, quibus vitari possit per longum tempus, omne peccatum mortale: quare si non fuisset præceptum huius sacramenti sumēdi, non imitaretur cibum corporeum in necessitate sua manducacionis ad conseruandam vitam. Ut ergo effet cibus necessarius ad vitam, debuit institui cum obligatione, & præcepto: quo præcepto posito, iam est ita necessarius ad vitam conseruandam, vt fine ipso in re, vel in voto vita spiritualis conseruari non possit. Quamuis ergo totum hoc non arguat in Eucharistia necessitatē medijs ad salutem, vel etiam ad perfeueriam, aut ad conseruationem gratiae, vt probauimus supra disp. 3. sect. 2. arguant tamen necessitatem præcepti, quæ sufficit ad hoc, vt cibus hic non sit minus necessarius in vita spirituali, quam cibus corporeus ad vitam materialem.

Restat difficultas communis contra hanc sententiam ex eisdem Christi verbis, ex quibus Eucharistia necessitatem probauimus; quæ quidem, si aliquid probant, videntur probare obligationem, & necessitatem sumendi vtramque speciem vtraque enim dixit, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* ergo vel concedendum est præceptum vtriusque speciei, vel negandum est præceptum alterius.

Omissis variis interpretationibus, & responsiōib⁹, que videri possunt apud Doctores infra art. 12. dum

12. Refutat diff. culas ex verbis Chrœ. fi.

13. Explicatur probant,

bis locu-
sum videre
poteris va-
rias in-
terpretationes
apud Dolto-
nem.

probant, non esse obligationem sumendi calicem pro Laicis, & Sacerdotibus non celebrantibus; verius sensus viderur, quem Suarez ibi cum aliis amplexit, quod scilicet solum Christus significet obligationem comedendi, vel bibendi, ita ut illud, nisi idem sit ac si non, vt habetur in originali Graeco, hoc est, sine hoc cibo, & potu non habebitis vitam in vobis, perinde ac si diceret, qui careat hoc cibo, & potu, non habebit vitam. Ex hoc autem non arguitur obligatio sumendi vtrumque, sed solum obligatio non carendi vtroque, seu non manendi sine illis: qui vero accipit hunc cibum, non dicitur esse sine illis. Sic enim dixit ille: *Sine Cerere, & Baccho friget Venus*, hoc est, sine vtroque, sufficit enim Bacchus, vt non friget. Sic dixit Petri. Act. 3. *Argentum, & aurum non est mihi*, hoc est, neutrum habeo. Sic Isaiae 55. *Emite absque argento, & absque villa comutazione*, hoc est, nec cum argento, nec cum comutatione; in eodem ergo sensu dicitur: Qui fuerit absque hoc cibo, & potu, non viuet, hoc est, qui caret vtroque, qui nec cibum hunc comedit, nec hunc potum bibit. Qui s̄esus, vt dixi, colligitur ex textu Graeco, in quo dicitur: qui non manducat, & bibit, subintellecta iterum negatione more Scripturae, hoc est, qui non manducat, & non bibit, seu qui habet negationem cibi, & potus. Colligitur item idem sensus ex verbis Christi, qui, vt ponderauerit optimè Concilium Trident, seff. 21. c. 1, ibidem satis clare ostendit, non esse vitramque speciem ad spiritualem vitam necessariam. Hęc sunt Concilij verba: *Sed neque ex sermone illo apud Ioan. 6. recte colligitur vtriusque specie communionem à Domino praeceptam esse, vt cumque iuxta varias sanctorum Patrum, & Doctorum interpretationes intelligantur namque*; qui dixit: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, dixit quaque: Si qui manducaverit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et qui dixit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam, dixit etiam: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mādi vita. Et denique qui dixit: Qui manducat meā carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; dixit n̄ikolomius: Qui manducat hūc panem, viuet in aeternum. In quibus verbis Concilium simul probauit dogma, & dissoluit argumentum ex illis verbis desumptum, ostendens eorum sensum, licet alioquin multiplex esse potius, colligendum esse ex contextu, & ex eisdem verbis, in quibus ipse Christus aperte explicit, non esse necessariam vtriusque specie communionem, sed alterius, atque adeo illum solum exclusi à vita spirituali, qui vtroque, scilicet, & cibo, & potu, careret. Cum ergo ex ipsius Christi verbis sensum habeamus à Trident. Concilio optimè deductum, non est quod ad alias metaphoricas, aut minus proprias interpretationes recurramus, de quibus ultra alios videi potest Alphonsus Salmeron. tom. 8. in Evangel. tract. 24, in illa verba Iohannis.

14.
Retorqueri
potest ratio
supraposita.

Vrgere autem potest aliquis retrorquendo rationem illam supra à nobis propositam ex eo, quod hoc Sacramentum institutum fuerit per modum cibi, & nutrimenti, quod eo ipso videtur necessitatem significare, sicut nutrimentum necessarium est ad vitam materialē conseruandam. Haec enim ratio retrorqueri potest ad probandum necessitatem vtriusque speciei, nam sicut cibus necessarius est, ita & potus ad vitam conseruandam; vel certe cibus etiam determinate necessarius est: ergo ex precepto Christi non sufficeret calix solus abique specie panis: hoc autem non conceditur, sed altera species sufficere creditur, sive hostia, sive calix, ergo vel illa ratio nihil, vel nimium probat.

Respondeo tamen, illam rationem debito modo intellectam, utrum esse probat enim, sicut ad materiale vitam, nutritiū aliquod necessarium est, sic esse necessarium saltem ex precepto ad vitam spiritualem. Porro ad vitam materialē nec cibus determinate, nec potus determinate necessarius est in rigore loquendo: sunt enim cibi aliqui ita humidi, vt pro cibo, & potu supplere possint; sicut & contra sunt aliqua potionis tales, vt fini alio cibo possint per longum tempus vitam alere. Nam potus in praesenti non accipitur ita stricte, vt accipi solet in legi eiusdem Ecclesiastici, cum dicimus, potum non solvere ieunium: tunc enim potus significat cum, qui fit ex aqua, vino, & similibus; non tamen comprehendit potum lactis, vel iusculti, & multo minus potum sanguinis, qui omnes essent contra legem ieunij, ut constat. At vero in praesenti certum est, potum accipi in latiori significatione, cum sermo sit de portando sanguine, & loquendo de eiusmodi potu, non est dubium, quod sint aliqui, qui absque alio cibo possint sufficienter nutrire, prout de facto infantes lacte solo nutruntur, & alii possent confici potus, qui & nutritre, & roborare possent absque alio cibo. Unde torqueri potest argumentum: quia cum sermo sit de pretiosissimo cibo, & potu, corporis, & sanguinis Christi; non potut ex institutione ipsa argui necessitas vtriusque speciei, sed alterius, ad vitam spiritualem, cum in nutrimento etiam materialē reperiatur cibus impeditus necessitatem potus, & potus etiam impeditus alterius cibi necessitatem: arguitur tamen necessitas alterutrius speciei, quia vita ad que nutrimento diu consistere non potest.

SECTIO II.

Quas personas, & quando obligat hoc
Divinum praeceptum.

De parvulis, & amētibus, qui numquam habuerunt rationis vitum, certū est, non obligari hoc praecepto, vt definitur in Trid. seff. 21. c. 4. & can. De amētibus autem, qui ante amentiam voluntatem habuerunt explicitam, vel implicitam huius Sacramenti, quomodo, & quando possint illud accipere, diximus supra diff. 13. sect. 3. & ex ibi dictis constat, esse obligationem dandi Eucharistiam eiusmodi amentibus in articulo mortis, quando non est perculum irreuerentiae, & probabiliter creditur, quod sint in statu gratiae. Cum enim ipsi ante amentiam implicite sicut illud Sacramentum petierint per professionem Christianae religionis, eo ipso acquiruerunt ius, vt Ecclesia debeat illud non negare, sicut aliis, qui habent rationis vitum non potest negari, nisi aliqua specialis ratio negandi intercedat. Vide etiam qua ibi diximus seff. 4. de Viatico dando parvulis, vel aliis, quando dubitatur de eorum capacitate.

Difficultas potest esse de non baptizatis, an obligantur praecepto Divino Eucharistiam, ita ut peccant specialiter contra illud. Ratio dubitadi est, quia ante baptismum non magis sunt capaces huius Sacramenti quam aliorum: ergo sicut non obligantur tunc praecepto Cōfessionis, ita neque Eucharistia. Sicut enim non peccant contra praeceptum ieunij, vel observationis festorum in eo statu, licet debeant venire per Baptismum ad Ecclesiam, qua obligantur: sic licet debeant baptizari, & tunc debeant communicare non tamen peccat contra illud praeceptum antequam baptizetur. Sic etiam qui vovit Religionem, peccat contra votū, si non ingreditur camponi tamē peccat contra praecepta Religionis, aut contra votum Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiae, quādū non

est in Religione; quia alia est obligatio ingrediendi Religionem, alia non seruandi ea, qua Religiosus seruare debet, ad quam per illud prius votum non obligatur immediate.

*17 Communis tamen sententia docet contra Sotum, praeceptum Eucharistiae diuinum omnes obligare, atque ideo peccare specialiter contra illud eos, qui non procurant per Baptismum reddi aptos ad accipendam Eucharistiam. Sicut excommunicatus, peccat etiam contra hoc praeceptum; quia licet dum est excommunicatus, non potest communicare, debet auferre, si potest illud impedire, ut possit seruire praeceptum fuscipendi Eucharistiam. Ratio & priori sumitur ex verbis Christi, qui indifferenter omnibus loquitur, cum dixit, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, &c. imo tunc cum nondum baptizatis loquebatur. Videatur Suarez in praesertim disp. 69, sect. 2. Vafquez 214. c. 4. & alijs communiter, qui bene assignant differentiam inter Confessionem, & Eucharistiam; quia Confessio non potest fieri de peccatis commissis ante Baptismum; ergo tunc non est obligatio confitendi, nisi sit obligatio peccandi post Baptismum, quod dici non potest; at vero praeceptum Eucharistiae est absolutum, ac proinde obligat ad ponenda media necessaria, quanto potissimum est Baptismus. Exemplum etiam praecepti ieiunij, vel oblationis festorum non est ad rem; quia illud est Ecclesiasticum, nec potest ligare, nisi Ecclesie subditos: praeceptum vero Eucharistiae est Christi, qui ligare potest eos etiam, qui extra Ecclesiam incurrunt. Denique ad illud de habere votum Religionis respondetur facile, illud nondum ligari votis castitatis, paupertatis, & obedientiae; quia nondum sunt emissa; neque etiam ligari praeceptis Religionis, quia non est iubitus Pralti praeceptis, solumque ligari voto iam emiso ingrediendi: in nostro autem casu exstat iam praeceptum Eucharistiae a legislatore Christo potente obligare etiam non baptizatos.**

Contra hanc communem doctrinam potest esse difficultas; quia praeceptum diuinum Eucharistiae secundum se non videtur obligare pro tempore aliquo determinato, sicut extra mortis articulum, sed debet ab Ecclesia determinari tempus illius praecepti implendi, quia determinatione ab Ecclesia facta obligat iam determinate praeceptum Diuinum: sed determinatio Ecclesie non potest obligare eos, qui non sunt Ecclesie subditis; est enim actus iurisdictionis super illos ergo antequam baptizentur solum habent praeceptum comunicandi indeterminatum; quod quidem, quamdiu indeterminatum est, ad nihil determinare obligat; ergo non peccant determinate contra illud praeceptum, cum nunquam sit verum, quod tunc habeant obligationem communicandi.

18 Propter hoc posset, sicut extra mortis articulus existimari non improbabilis sententia Sotii disp. 18. 9. 1. artic. 3. negantis, Catechumenos obligari eo praecepto. Adhuc tamen responderi potest, eos pecare etiam contra illud praeceptum quia licet Ecclesia suis praeceptis non possit eos ligare; Christus tamen praecepis communionem cum determinatione ab Ecclesia ponenda, eo ipso praecipit accipereab Ecclesia eam determinationem, vel praecepido subiici Ecclesie; ad hoc ut possit quis ab ea accipere determinationem praecepti Diuinum, vel forte ita ut determinatio Ecclesie, licet Catechumenos non possit obligare per modum praecepti Ecclesiastici, propterea obligat baptizatos; possit tamen obligare eos, ut conditio ad obligationem praecepti Diuinum; ad hoc enim non requiritur iurisdictio.

Ecclesia in illis. Sicut si Confessarius imponat Parenti ieiunium iis diebus, quos Medicus designaverit, non dat Medico iurisdictionem, nec Medicus praecepit, quando determinat dies: sic ergo Ecclesia determinando tempus communionis, licet id faciat praecepido etiam in ordine ad suos subditos, potest tamen illa determinatio obligare non baptizatos, non ut lex Ecclesiae, sed ut conditio, quam exigit praeceptum ad determinate obligandum. Et hic modus explicandi posterior magis mihi placet: nam si iuxta priorem dicamus, praeceptum Christi solum obligare, ut homo subiicit se Ecclesiae, ut ab ea possit accipere determinationem temporis, pro quo debeat communicare; restat eadem difficultas, quando obligetur homo ad subiiciendum se Ecclesiae ex vi praecepti Christi de Eucharistia: nam sicut praeceptum communicandi, quia non determinauit tempus, exigit determinationem Ecclesiae; sic praeceptum intrandi in Ecclesiam ad eum finem, quia non determinauit tempus; exiget aliam determinationem Ecclesiae, & praeceptum exigendi hanc, etiam exigit aliam, & sic de aliis; atque adeo numquam posterius explicari, quando peccet aliquis contra illud Christi praeceptum. Melius ergo explicatur, si dicamus, determinationem factam ab Ecclesia obligare etiam non baptizatos, non per modum praecepti, sed ut conditionem: qua posita, obligat illos Christi praeceptum determinare; atque ideo peccant contra Christi praeceptum ex quo deberent reddi habiles ad sumendum Eucharistiam tali tempore per Ecclesiam determinato.

*Quaritur rursus, si Catechumenus bona, vel male la fide debito tempore accipiat Eucharistiam, an per illam communionem satisfaciat praecepto Diuino, sicut dicit solet, fidelem communicantem in statu peccati etiam scienter, per illam communionem satisfacere praecepto. P. Suarez in praesenti disp. 69. sect. 2. paulo post principium obscurè loquitur; solum enim dicit, *valde materialiter illud praeceptum Suarez, implere, nibilque illi seruire ad vitandam culpam: grauius enim sic sumendo delinquit, quam si omnino non sumeret. P. Vafquez dist. 6. c. 4. num. 31, clausus dicit, communionem illam hominis non baptizati, sive in gratia, sive in peccato fiat, non deferire ad satisfaciendum praecepto Diuino, quia non est magis communio sacramentalis, quam si a bellula comedetur: cum hoc sacramentum non sit institutum, nisi post baptismum, atque adeo respectu aliorum non est sacramentum, nec signum sensibile gratiae: de quo diximus supra, disp. 13, sect. 1. Cum ergo praeceptum sit de sumptione sacramentalis, hoc est, de sumptione, quae instituta sit ad significandam gratiam, consequens est, ut non satisfiat per sumptionem hominis non baptizati, quae sumptio non est magis instituta, quam sumptio, quae sit a bellula. Quando vero baptizatus in statu peccati sumit Eucharistiam, illa est vere sumptio sacramentalis, licet propter indispositionem subiecti non conferatur gratia.**

Hanc doctrinam, quam veram existimo, possumus confirmare, primo, quia Extrema-vnctio infinita etiam est ad tollendas reliquias peccatorum, & ad roboranum infirmum, contra tentationes, &c. & tamen si aliquis in statu peccati accipit illud Sacramentum, non poterit postea in eadem infinitate iterum vngi in statu gratiae, quia illa prior vnitio fuit sacramentalis, licet propter obicem non haberet effectum; quare etiamsi concedatur, quod sit praeceptum graue obligans ad illud Sacramentum recipiendum; iam est plene satisfactum illi Sacramento per susceptionem indignam: est contra

*21 Confirmatur
hac doctrina
primo.*

vero, si homo non erat vere infirmus, etiam si esset in gratia, non fuisset vincio sacramentalis, quia subiectum non erat capax Sacramenti Vincitionis, quod non significat, nisi in ordine ad subiectum grauius agrotans. Sic ergo sumptio Eucharistiae, licet sit Sacramentalis peccatori baptizato, non tamen erit talis homini non baptizato; atque ideo non sufficit ad implendum praeceptum Divinum.

22
Confirmatur secundo.

Confirmatur secundo, quia ipsum Sacramentum Eucharistiae si maturus absque intentione, vel ab ignorantia, illam esse hostiam consecratam; non satisfit praecepto per illam sumptionem, sed debet iterum sumi, quia illa prior sumptio non fuit Sacramentalis, nec instituta a Christo, sed sola sumptio humana; ergo nec sumptio hominis non baptizati satisficit praecepto, cum non magis fuerit instituta a Christo illa sumptio, quam illa alia non voluntaria. Quando vero sumptio est voluntaria, licet sit in peccato, satisfacit praecepto; quia licet non sit utilis ad finem intentum, scilicet ad augmentum gratiae, hoc non obstat: finis enim praecepti non percipitur, sed sola substantia rei. Quare hec praeceptum orandi, vel ieiunandi, & similia implentur per actiones malas, peccaminatas, & inutiles, hic, & nam ad finem praecepti: sic praeceptum communionis impleri poterit per communionem, qua propter obicem non solum non augear gratiam, sed adiudicari nouum impedimentum gratiae propter nouum peccatum sacrificij: iam enim ponitur tota substantia praeceptas scilicet communio, & sumptio Sacramentalis corporis Christi, quod tamen non ponere tur, quando homo non esset baptizatus.

23
Instauratio.

Dicit aliquis, praeceptum Divinum Confessionis non impleretur sufficienter per Sacramentum Penitentiae validum, & informe, si penitillu postea, ablato obice, non daretur effectus remissionis peccatorum, sed debet penitentem iterum eadem peccata confiteri ad obtinendam eorum remissionem in foro Sacramentali; inde enim probari solet, quod illud Sacramentum habeat effectum, ablato obice; quia alioquin deberet postea repeti confessio eorumdem peccatorum ergo non satisficit praecepto Sacramenti recipiendi, quando inutiliter recipitur: cum ergo Eucharistia in mortali suscepta non conferat suum effectum, postea ablato obice, vt diximus diff. 9. de Sacramentis in communi fct. 6, consequens est, vt per eiuniodi communionem non satisfiat sufficienter praecepto Communionis.

24
Respondio.

Respondebit negando antecedens, quod in rigore loquendo falsum est nam tunc etiam satisficeret per illam Confessionem praecepto Divinum: nec probari debet effectus ipsius, ablato obice, ex eo, quod alioquin haberet homo obligationem iterum confidendi, sed potius ex eo, quod non haberet homo obligationem iterum confidendi, que adeo illa peccata non remitterentur in foro Sacramentali, sed per meram contritionem: quod quia absurdum est, consequens est, quod, ablato obice, illa peccata remitti debeant ex vi Sacramenti praeteriti. Sic etiam per Baptismum validum, & informe satisficeret praecepto Baptismi, nec deberet, aut posset iterum suscipi, licet non daret suum effectum, ablato obice; quia tamen absurdum est, quod homo iustificaret ab originali aliunde, quam per Baptismum in re, vel in voto, hinc sit, quod debeamus concedere effectum baptismi precedenti, postquam auferitur obex. Ratio autem est, quia Baptismus, & Penance sunt sacramenta necessaria, non solum necessitate praecepti, sed medijs; quare corum effectus haberet non potest nisi per ipsa, in re, vel in voto: Eucharistia autem solum est necessaria necessitate

praecepti. Ceterum in omnibus iis verum est, quod praecepto praeceps Sacramenti fulciri satishat per suceptionem Sacramenti validi, etiam nec tunc, nec postea conferat suum effectum.

Quando obliget hoc praeceptum Divinum.

Circa tempus, quo obligat hoc praeceptum Divinum, distinguendum est de obligatione per se, vel per accidens: nam per accidens obligari potest homo ex natura rei ad communionem, quando iudicatur illud medium necessarium ad resendum aliqui tentatione grauius vel non peccandum mortaliter: de quo non est specialis difficultas, cum sit eadem ratio de hac, & de aliis materiis. Loquendo itaque de obligatione per se, & formaliter: inter eos, qui praeceptum Divinum adhuc tunc aliqui dicunt, obligare solum feme in vita; Caietanus, Ledema, Victoria, Paludanus, quos afferet Suarez diff. 69, fct. 3. Vide inferunt, si aliquis iam lemel in vita communicauit, non obligari praecepto Divino in articulo mortis. Fundamentum praeceptum est, quia praeceptum affirmatum per vim actum sufficenter obseruator.

Alii dicunt pro tempore mortis non esse specialis obligationem ex hoc praecepto Divino. Ita Bonaventura, Sylvestris, Armilla apud eundem Suarez ibidem. *Dico primo.* Aliqui vero dicunt, dari obligationem ex consuetudine, vel praecepto Ecclesiae: alii denique dicunt, scilicet scandalo, & contemptu, non esse obligationem sub mortali.

Communis sententia, praetertim hoc tempore, & verior, duo dicunt: primum, dari ex Divino praecepto obligationem accipiendi plures in vita hoc Sacramentum: secundum, dari speciem obligationem accipiendi in articulo mortis. Vtramque partem docent plures, quos sequuntur Suarez & Sylvestris, supra Valsquez diff. 214. c. 2. & 3. & alii Recensores. Prima pars, (omnibus rationibus minus efficacibus) probari videtur potissimum ex ipsa institutione huius Sacramenti, quod institutum est per modum cibis ad nutriendam spiritualiter animam; ex qua institutione intulimus supra necessitatem ex praecepto: quia cibus necessarius est ad conferuandam vitam; ex eodem autem capite probari videtur obligatio plures summi Eucharistiae: quia necessitas cibi non est comedendi feme, sed comedientis repetita, eo quod necessarius sit ad reparandum, & refaciendum id, quod continua actione caloris naturalis deperdimus. Si ergo Eucharistia necessaria est ex praecepto, vt cibus, erit necessaria eius repetita sumptio; quia instituta est ad reparandum id, quod continua fomitis impugnatione deperdit, & debilitatur. Sic ut ergo ex ipsa institutione potuit colligi obligatio simpliciter, potuit etiam colligi talis obligatio ad communionem non vinciam, sed repetitam. Accedit usque Ecclesia, que semper procurauit, vt hoc sacramentum a fidibus sape lumeretur, eos cogendo, si quando negligentes effenserit, quod tamen in aliis Sacramentis, quorum usus Christus non praecepit, Ecclesia nunquam fecit, nec obligauit ad sacramentum accipiendum, quod Christus libertati singulorum reliquit: agnouit ergo Ecclesia in hoc sacramento obligationem illud laepius accipiendi.

Hinc queritur dubium, quod debet accipi ex praecepto Christi, praecepto omni alia Ecclesiastico praecepto? Aliqui dicunt, tertio falso, vel quarto anno; ita Suarez, & alii. Melius alii, Christum non determinasse tempus, sed reliquise determinandum ab Ecclesia, quando fidelium negligentia id exigeret. Postulumus autem hoc ipsum (ne forte

fortasse gratis videatur dici (ex ipsa sacramenti institutione colligere. Cum enim ita fuerit institutum , ut fideles in eius vno debeant omnino à propriis Pastoribus dependere, quibus sic congrui , & sumant , & dent ceteris ; fructu videretur praecipum dirigi ad subditos, cum ipsis non possent sibi Eucharistiam accipere ; sed debuit ad Pastores dirigiri, vt ipsis cogent subditos ad hoc sacramentum sufficiendum , quando necessarium iudicaretur. Necessestas quippe huius cibi ad reparandas vires spirituales duplex potest esse, vt supra diximus. Altera per accidens, & extraordinaria, ac peculiares aliquorum; & hanc quidem singuli debent apud se examineare, & proponere Pastor, ut ab eo accipiunt cibum necessarium : altera vero est communis, & ordinaria , cuius quidem examen, & iudicium non tam debuit subditis, quam Pastoribus committitur: nam enim referret subditi iudicium , si Pastores aliter sentirentur contra vero si Pastores iudicant talen vnum, & frequentiam expedire, liceret subditis diligenter, posse eos cogere , & ita Eucharistia frequentia debita obtinebitur. Debuit ergo praecipuum hoc magis direcere ad Pastores dirigiri, qui actiue se habent inuitando , vocando, cogendo , quando oportet, ad hoc sacramentum; quam ad subditos, qui habent se quasi passi accipiendo illud, quod a Pastoribus datur. Accedente autem Ecclesia praeparto, & determinatione, iam fideles tenentur ex Diuino praecipto, quod licet eis non determinaret tempus, obligabat ad talem frequentiam quemad Pastorum determinarentur.

Hanc autem frequentiam non semper eodem modo Ecclesia determinauit, sed variam iuxta diuerlam temporis, & devotionis exigentiam. Multi dicunt, in primitiva Ecclesia praecipuum fuisse quotidie communicandi ; quod manifestum esse affirmat Vasquez in *presenti c. 3.n. 21.* & videtur conce-
di a S. Thoma hac q. 80. art. 10. ad 5. Sed re vera licet vniuersus fuerit quotidie communicandi, praecipuum tamen obligans omnes sub mortali ad quotidianam communionem nec sufficienter probatur, nec facile credi potest. Vix enim Sacerdoti posset tale praecipuum imponi quotidie celebrandi, quomodo omnibus fidelibus in vniuersum praeciperetur nulla prorsus diei communione abstinere.

Nec loca, aut de cuncta, que adducuntur, id probant. Primum, & praecipuum est Anacleti Papa, quod referunt in cap. *Episcopus 59.* de consecrat. *dist. 1.* vbi sic dicitur. *Praefata autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiastis carere liminibus.* Sed ibi non est ferme de omnibus, sed de solis ministris, qui Episcopo solemnitate celebranti assistunt, ut confar clare ex ipso textu: in quo etiam sensu intelligi debent verba, quae sunt in cap. *Praefata 10.* de consecrat. *dist. 2.* *Praefata*, inquit, *consecratione, omnes communicent, qui noluerint Ecclesiastis carere liminibus.* Sic enim & *Apostoli institutio-*
runt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Qui textus olim in Decreto tribuebatur Calixto Papa, sed falsius est Anacleti, & idem cum ille, alio supracitato cuius verba hic iterum repetita sunt, ut notatur, sermonem esse de ministro altaris: debuissent addi , de ministro altaris, qui ministrat Episcopo solemniter celebranti; de his enim loquuntur Anacletus.

Affertur ab aliis Concil. Antiochenum *Can. 2.* vbi sic dicitur, *Omnes, qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, & Scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se à perceptione sancte communionis auer-*

tunt, hi de Ecclesia remoueantur, &c. Verum cum Concilium hoc celebratum fuerit sub Iulio Papa, qui sedidit centum annis post Fabianum, à quo obligatio tota ad tres communiones in anno reducta fuerat, non poterat supponere obligationem quotidie communicandi. Loquitur autem de ipsis, qui proper deprauantem opinionem, aut insolentiam tenebant communionem cum aliis accipere. Nam verbum illud, *pro quadam intemperantia, aliae versiones clarum explicant hoc modo: Eucharistie participationem proper aliquam insolentiam aueratur.* Alia vero versio sic habet, *aversantur etiam sanctam assumptionem Dominici sacramenti secundum aliquam propriam disciplinam:* & ideo merito ab Ecclesia expelli iubentur.

Tertio affertur communiter *Can. 10.* Apostolo-
rum, vbi sic dicitur: *Omnes fideles, qui ingrediuntur Ecclesiam, & Scripturas audiunt, non autem perseverant in oratione, nec sanctam communionem decimus percipiunt, velut inquietudines Ecclesie commonentes, conuenient communione priuari.* Ceterum ex illo

Can. 32
*Affertur
Can. 10*
alii Can.
decimus
Apof.

Canon in primis non habetur obligatio vniuersalis communionis quotidiana, sed ad summum, tunc quando volebant Missa assister, & Scripturas audiire; sed quod certe non omnes quotidie tenebantur.

*Ex illo tamē
non habetur
obligatio
vniuersalis*

Deinde verba illius Canonis paulo aliter leguntur apud Gratianum in cap. *Omnes fideles 62.* *Gratianus* de consecrat. *dist. 1.* vbi sic dicitur, *Omnes fideles, qui conueniunt in solemnitatibus sacris ad Ecclesiam, &c.* Vnde Gloffa ibi verbo percipiunt, explicat de tempore deputato, cum fermo sit de Feltis solemnioribus. Tertio apud Martinum Bracharens. in *Decretis collectis num. 83.* aliter legitur: *Si quis intrat in Ecclesiam Dei, & sacras Scripturas audit, & pro luxuria sua auerit se à communione sacramenti, &c.* Denique aduerte, ibi penam non tam imponi, quia non communicarent, quam propter inquietudinem, vel (ut habet alia lectio) propter confusione, quam afferunt, hoc est, propter scandalum, quod sua singularitate dabant, dum aliis omnibus communicantibus, ipsi recedebant à communione; quod quidem debuerant praecavere non accedendo, quando communicare non volebant. Merito ergo Suarez dicit *dist. 3. & disp. 70. sect. 2. in principio Suarez*, dicit, probabilissimum esse, quod numquam fideles obligati fuerunt ad quotidie communicandum. Hoc certum est, refrigercente fidelium deuotione, praecipuum fuisse à Fabiano Papa ter in anno, felicit in Paschate, Natali Domini, & Pentecoste, ut confitatur ex cap. *Ecclesiastis non frequentius, de consecrat. dist. 1. 2.* quod confirmatum fuit in Concil. Agathensi *Can. 18.* & in Concil. Turoensi sub Carolo Magno. c. 50. Denique Innocentius III. in Concil. Lateranensi praecepit communionem annuam in Paschate, ut habetur in cap. *Officium viri que se-
xus de penit. & remiss. quod hodie ex obligatione seruat.*

Secunda conclusionis pars, quod scilicet praecipuum Diuinum obliget peculiariter in mortis articulo, probatur ab aliquibus; quia Ecclesia numquam negat Viaticum etiam excommunicatis; ergo ideo

*Martinus.
Bracharens.*

quia non potest dispensare in praecipto Diuino obligante ad illud sufficiendum. Sed hoc argumentum non est efficax, quia Ecclesia potest, & aliquando priuauit aliquos Viatico in paenam delictorum, rarer id fieri debeat, ut fatetur Suarez *sect. 3. in fine;* & Vasquez *disp. 214. n. 19.* Adde, etiam de iure Diuino esse obligationem plures communicandi in vita; & tamen Ecclesia priuat aliquos Eucharistia per totam vitam.

Melius probatur ex Concil. Niceno, *Can. 13.* relato Cœc. Niceno:
in

*Agathensi.
Conc. Tur.
Innoc. III.*

*Secunda
conclusionis
pars ab ali-
quibus pro-
batur.*

*Hoc argu-
mentum ra-
tificatur.*

33.

34.

Melius pro-
bas ex
Nico:
in cap. De iis, 26. quæst. 6. in quo statuitur, vt cum
eis, qui vita creduntur discessuri, antiqua lex serue-
tur, nempe vt ultimo, & necessario Viatico non
priuentur. Loquitur autem etiam de publicè poni-
tentibus ut constat ex verbis sequentibus, vbi ratio
redditur, quia viaticum est necessarium non vide-
tur autem sermo esse de necessitate ex pracepto
Ecclesiastico; quia lex ipsa Ecclesiastica non bene-
redderet pro ratione necessitatem prouenientem
ex eadem, vel simili legi Ecclesiastica: ergo debet
intelligi de necessitate aliunde proueniente ex legi
Divina.

Secundo,& à priori reddi potest ratio ex supradictis; quia ex institutione huius sacramenti ut nutrientamenti, colligitur, ut vidimus, obligatio lumenandi illud, quando necessarium putabitur: numquam autem potest magis esse necessitas huius cibi, quam in illo articulo, ex quo pender ultima aeternitas, & imminent ultima lucta: cum hoste ad decernendum de tota re ergo ex eadem institutione sacramenti colligi potuit obligatio in Ecclesia ad cogendos determinate subditos in ordine ad illum articulum, & in subditos ad accipendum ab Ecclesia sacramentum in illo articulo. Necessestis enim, videlicet, est duplexxalita est peculiaris, & per accidentem respectu huius hominis taliter tentati, &c. & haec debet ab ipso, qui cam petuit, proponit alia veritate communis, & haec aliquando est indeterminata, ut circa frequentiam, & debet ab Ecclesia determinari prudenter secundum diuersas circumstantias temporis, & utilitatis communis: aliquando est omnino determinata, qualis est in mortis articulo, 8*vñ*, in hac debet Ecclesia semper determinata, & vni formiter obligare subditos, propterea factò semper determinauit, & obligauit subditos ad tunc communicandum nisi ipsi Ecclesia in penam iustis causis eos priuauerit; sicut iudex secularis potest in penam priuare reum cibo corporali.

36

Quarier
quoniam id est
pus debet
computari.

Vasquez.

Quarier primo, quomodo debet computari
tempus huius obligationis, an scilicet ille, qui pau-
lo antequam incideret in mortis periculum, com-
municavit, debet rursus communicare in ipso pe-
riculo. Aliqui affirmant, quos tacito nomine referunt,
& sequitur Vasquez *dilecta disputatione*, 214. cap. 2. cuius
principium fundamentum est, quia non potest fa-
tisfieri præcepto per actum, qui fit, antequam præ-
ceptum incipiat obligare; ut si quis hodie audiat
Missam, vel recitet Officium, non satisfaciat per
hunc actum præcepto audiendi Missam, vel reci-
tandi Officium die craftina. Ratio autem videtur
esse, quia quando aduenit postea præceptum, inci-
pit obligatio ponendi rem præceptam; ergo debet
poni post obligacionem, ut hat quod præcipitur.

37 Communior sententia dicit , non obligari hominem ad nouam communionem , quando paulo ante mortis periculum communicauerat. Ita Suarez in presenti sect. 2. §. Tertium dubium. Henriquez lib. 8 de Eucarist. cap. 4. litera P. qui exemplum adhibet in eo , qui paulo ante per octo dies communicasset : camdem regulam amplectitur Coninch. in presenti art. 11. dub. 3. num. 98. Layman. lib. 5. Tract. 4. cap. 5. num. 4. Diana 2. tom. Tract. 4. de Sacramentis , resolut. 40. & alij Recentiores communiter.

P. Suarez probat ex eo, quod vniuersisque in suis actionibus censetur habere intentionem virtutis, & implicitam implendi omnem obligationem, quam potest, & debet, licet fortasse eam ignoret; hanc ergo virtualem voluntatem censetur homo habere in praedicto casu. Hanc tamen ratione pene impinguat, & retorquet, P. Vaginetum si per

...dicitur etiam deus omnipotens esse unius et unitus in ipso.

communionem ante mortis periculum suscepimus, etiam absque vila intentione, immo etiam cum voluntate contraria fere, impleretur praeceptum; sicut si quis audiat Missam die festo absque intentione implendi praeceptum, immo cum intentione non implendi, adhuc implet praeceptum, quia ponit totam rem praeceptam, non potest ergo excusari homo ab alia communiione ratione illius intentionis virtualis.

Ego hanc communem sententiam veriorem extimo, non quidem propter intentionem virtutem, quam homo habuit, sed quia fundatum illud P. Vasquez in vniuersitatem acceptum, difficile semper mihi vistum est; quod scilicet per actum ante pracepti obligationem factum, numquam possit praecerto satisficeri. Scio, aliquos dicere, cum Subdiaconatum accipit, si mane ante Ordinem acceptum recitet Officium totum illius diei, non satisfacere praecerto, sed debere post Ordinem acceptum repeterre horas saltem illi temporis correspondentes; quod docet etiam Bonacina Tract. de tempore horis Canonice, dist. 1. q. 2. punc. 5. m. 11. Hoc tamen ipsum difficile mihi semper vistum est: quia enim credit, Religiosum Nouitium, qui more solito mane recitat totum Officium diei, qua professione debet emittere, non satisfacere, sed debere post Professionem repeterre officium; quia antea non habebat obligationem ex praecerto, sed ex regula Novitiorum? Rursus, si alios Sacerdos manu faciat Scrutum, & postea perget ad locum alium, in quo est praecptum audiendi Misam, propter fultum illius loci, quis dicat, teneri eum audire denuo alium Misam, qui nondum obligatus fuerat praecopo in loco, in quo sacram fecit? Hoc certe est contra praxim: solent enim iter agentes praeuenire, & anticipare auditionem Misae, quando iuri sunt ad locum ubi fultum obseruantur. Denique, si ratio illa quidquam probet, probaret etiam, si quis habens pensionem, & obligationem recitandi Officium solum parvum B. Virginis, veller loco illius recitare officium maius, & eadem die post recitatum mantotum officium, acciperet Beneficium Ecclesiasticum, debere repeterre partem officij; quia quando illud recitauit, nondum habebat obligationem recitandi officium maius. Imo etiamsi iam prius haberet Beneficium, & debitum recitandi officium maius, eadem die acciperet aliud secundum Beneficium obligans ad officium, deberet repeterre officium, quod mane anticipare dixerat; quia hoc secundum Beneficium re vera afferit nouam obligationem recitandi, cui non potuit satisficeri per actum; antequam inciperet obligatio. Vnde consequenter loquendo, idem quod dicunt de accipiente Subdiaconatum, deberent dicere de accipiente Diaconatum, vel Sacerdotium; quia hi etiam ordinis affrunt nouam obligationem, & debitum recitandi officium, licet intra eamdem speciem; & ideo non explicandum in confessione: cui nouo debito non potuisse satisficeri per anticipatam recitationem. Quæ tamen omnia esse parum credibilia, & contra communem fidelium sensum, quis non vide?

Fatendum ergo est, aliqua esse praecpta, quibus 40 satisficeri posse per opus factum ante obligationem: nam licet obligationi recitandi cras non possit satificeri per recitationem hodiernam, id quod est, quia non ponitur res praecpta; quod enim præcipitur, est recitare cras; seu quod singulos dies recitetur, nec tranferre dictis fine recitatione; quod quidem non ponitur, si cras non recitetur. Quando vero recitauit quis mane totum officium, iam ponitur res praecpta, quod felicitate intra

intram illam diem recitatione: praeceptum enim non est de recitatione post meridiem, sed de recitatione intra illam diem; ergo posita recitatione intra illam diem, non violatur praeceptum. Vnde quoniamcumque eiusmodi leges, aut praecepta sunt transacta iam aliqua parte temporis, intra quod praecepitur opus, includunt conditionem aliquam implicitam, si non sit iam factum illud opus, v.g. si praecepitur hodie audire Missam, & obseruare festum: intelligitur, si non est iam hodie audita: si praecepitur Confessio singulis annis, subintelligitur, facienda hoc anno praesenti, si non sit iam hoc anno facta. Sic debuit intelligi praeceptum annuae Confessionis in Concilio Lateranensis editum, quod quidem Concilium celebratum fuit mensa Novembri anno 1215. Quare qui illo anno semel, aut sepius confessus fuisset, non est credibile, quod obligaretur ad iterum confitendum ante finem anni. Ratio autem est, quia huiusmodi leges, & praecepta solum intendunt, quod singulis annis aut diebus, tale opus ponatur a parte rei, seu quod non transferat illud tempus absque tali operatione intra illud posita: hoc autem habetur, quando opus possum est intra illud tempus: ergo ita satisfactum est praecepto, ut ad nihil amplius obliget. Sic ergo in nostra causa dici potest, quod praeceptum accipiendo Eucharistiam in mortis articulo solum obliget ad accipiendo illam paulo ante mortem, seu quod non moriatur homo absque Eucharistia proxime accepta: hoc autem totum habetur, licet alius moribundus, aut periculum nondum incurrit: nam re vera sacramentum acceptum est paulo ante mortem; nec moritur homo absque Eucharistia proxime suscepit: ergo licet nondum incepisset obligatio, potuit praecepto satisficeri.

40 Probat secundo hoc ipsum, quia si aliquis ex reuelatione sciret, se cras repente moriturum, vel occidendum absque oportunitate accipiendo sacramenta, obligaretur iam hodie ad illa accipienda: quid enim refert mortem obviandam scire a iudice, vel a Deo? Cum ergo obligetur ad Eucharistiam accipendam, qui premonetur a iudice de morte crastina, non est cur non obligetur, quando premoneretur a Deo. Incipit ergo re ipsa obligatio, antequam vulnus vel morbus adueniat, licet propter nostram ignorantiam excusemur: atque ideo communio tunc facta re ipsa fuit intra tempus, quo iam praeceptum obligabat, licet ignoraretur: praeceptum enim est de communione paulo ante mortem premittenda.

41 Sed contra hoc arguit Vasquez primo, quia si ante articulum mortis potest satisfieri huic praecepto, non appetit, cur non sufficeret communio longius a periculo diffans. Respondeatur, rationem esse, quia communio debet esse tempore mortis: tempus autem mortis sicut non est ipsa sola dies, sic nec totus annus praecedens, sed debet moraliter computari iuxta humanam apprehensionem, & confitendum, quia ea omnia, quia proxime facta sunt dicuntur facta mortis tempore: sic enim Cena, & institutio huius sacramenti dicuntur facta a Christo mortis tempore, & in fine vita, licet vulnera, aut comprehensio nondum videntur.

42 Obitur secundo, quia si satisfacit praecepto per communionem hesteriam ante initium morbi, ergo hodie non potest accipere viaticum non iejunus; quia solum propter praeceptum Diuinum viatici sumendi potest accipi absque iejunio. Consequens autem est falsum; quia in eo casu omnes etiam absque iejunio accipiunt viaticum; er-

go non fuit satisfactum per priorem communionem.

Hoc argumentum retorqueri potest facile, quia si non potest accipi viaticum absque iejunio ab eo, qui iam satisfecit praecepto; ergo agrotus, qui in eadem aegritudine sepius communicavit ex deuotione, non potest iam morti proximus accipere viaticum absque iejunio: nam multo ante, & fere ab initio incipit morbus esse periculosus, & per ro quaelibet communio accepta postquam caput periculum, satisfacit praecepto, etiam si fiat absque intentione viatici: & tamen praxis omnium Religionum haec est, vt, durante infinitate, sepius communicent, postea vero, instante iam morte datur illis viaticum etiam non iejunis; quam proxim non potuit P. Vasquez ignorare, cum omnes infirmi in nostra Societate debeant ex Regula singulis hebdomadis communicare: unde saepe accipiunt viaticum die sequenti post ultimam communioinem, quam quidem accepérunt in eodem morbo iam periculoso, licet non ita proximi morti. Vel debemus ergo damnare proximorum piorum; vel fatari, quod potest accipere viaticum non iejunus ille, qui in rigore non obligatur ad communionem, eo quod satisfecerit iam Diuino praecepto communicandi in fine vita. Neque enim dispensatur in iejunio solum propter obligationem Diuini praecepti, sed etiam propter maiorem necessitatem, & propter maiorem consolationem moribundi, cui Ecclesia pia mater indulget, vt ad hunc finem, & ex intentione muniendi se, & præparandi ad viam, possit semel communicare etiam non iejunus.

43 Vltimo arguit Vasquez; quia si obligatio huius praecepti incipit ante aegritudinem, ergo si aliquis sciret ex reuelatione, quod sequenti die debet incurrire morbum periculorum, obligatur ad accipendum hodie viaticum, nec potest amplius differre; quod tamen videtur aperte falsum. Hoc etiam argumentum retorqueri potest; quia certum est, post initium periculi satisfieri posse per communionem praecepto Diuino: & tamen non obligatur homo ad communicandum statim ipsa die, qua primo agnoscitur periculum morbi, sed potest differre, & aliquando differt per duos, vel tres dies: nam periculum non consistit in duratione indubitate, sed potest esse morbus periculosis per decem, vel viginti dies; ita tamen vt moraliter posset, & prudenter differri communio ad diem sequentem, & vltterius, quia non est periculum morale mortis hodiernae: potest ergo hodie satisfacere iam praecepto, licet non sit obligatio communicandi hodie; quia nimur ad satisfaciendum præcepto, sufficit communicare in fine vita, vt possit armari recenti cibo contra ultimam luctam aduersarij. Cum ergo per communionem factam heri ante morbum, armatus etiam sit homo recenti cibo ad luctam hodiernam præsentis mortis, non appetit, cur non sit sufficienter satisfactum obligationi illius præcepti.

Quaritur secundo, an qui accepit communionem in statu peccati, satisfecit huic praecepto viatici, an vero debeat iterum in statu gratiae communicare. Ad hoc conflat ex dictis supra num. 22, vbi diximus, præceptum hoc non obligare ad finem præcepti, sed ad opus: quare licet præcipiat communio ad roborandum hominem per gratiam sacramenti in illo articulo, qui finis non obtinetur per communionem indignè suscepit, res tamen præcepta iam ponitur; sicut quando aliquis audit Missam ad finem turpem, adhuc satisfacit præcepto,

licet

*Retorqueretur
facile hoc
argumentum.*

*Vltimo ay-
guit Vasq.*

*Hoc argu-
mentum etià
retorqueretur.*

*Quaritur
secundo de
eo qui accepis
in peccato
mortale.*

De Sacramento Eucharistiae.

456

45
Instabili.

Responde-
tur.

Licet illa auditio Misla non conferat ad finem ab Ecclesia intentum.

Dices, hinc sequi, quod communio illa conferat suum effectum, postea ablato obice, contra id, quod diximus supra in tract. de sacramentis in communione diff. 9. sect. 6. Sequela probatur, quia ideo de Extrema uincitione & aliis diximus, dare suum effectum, ablato obice, quia non debent repeti: ergo si communio non debet repeti, nec dari iterum viaticum, manebit agrotus absque effectu illius sacramenti magis sibi necessario, quam effectu Extrema uincitionis.

Responderetur, ex ibi dictis constare differentiam: nam Extrema uincitio, & alia sacramenta non sunt ex sua institutione reiterabilia: at vero Eucharistia ex sua institutione est reiterabilis, non solum die sequenti, sed eadem die, & hora: nam licet Ecclesia id prohibuerit eadem die, & licet prohibuerit communionem absque ieiunio iterum sumi die sequenti, hac tamen non sunt ex institutione ipsius sacramenti; atque ideo ex sua institutione non debuit habere collationem sui effectus ablato obice, sicut alia sacramenta.

46

Tunc non hoc preceptum ad sumendum iterum Eucharistiam obligat, nisi si sumptu feni viatico, postea agrotus mortaliter peccavit; contra Sotum diff. 12. quæst. 1. art. 11. Cu- ius sententia aduersatur praxis Ecclesie: nullus enim Parochus daret hodie iterum viaticum infir- mo non ieiuniu, cui huius dederat illud non ieiuniu, licet diceret, se hac nocte peccasse mortaliter; sed solum darur illi absolutio sacramentalis. Porro si effector obligario accipiendo iterum viaticum, deberet dari etiam non ieiuniu: Ecclesia enim viuens taliter dispensauit in ieiunio, quoties accipitur viaticum, & non potest commode seruari ieiunium.

Constat secundo, obligationem hanc sumendi

Non tantum ad hoc obligantur qui morientur ex agitudine naturali, sed in iis, qui ob sua delicta iuridice intercidunt sunt: ino in iis, qui periculum mortis aliunde habent, ut si periculoso pre- luum sit comittendum, aut periculoso nauigatio su- beundam: ut bene nota Vaquez 4. tom. de Penitentia, quæst. 90. articul. 3. dub. 2. numer. 15. & Ioann. Prepositus hac quæst. 80. articul. 11. numer. 54. & col- ligitur ex communi doctrina, qua Doctores dicunt, obligare hoc preceptum, quoties probable mortis periculum occurrit.

Constat tertio, transacto mortis periculo, in quo

aliquis culpabiliter, vel inculpabiliter hoc precep- tum non obseruauit, non esse obligationem prece- dentem; quia obligatio solum erat pro articulo illo necessaria; quia cessante, cessa praeceptum. An vero pueris, aut amentibus debeat tum dari, diximus super diff. 13. sect. 2. & sequentibus: de licentia item accipiendo viaticum abique ieiuniu, & an possit pluries id fieri in eadem infirmitate; diximus diff. 15. sect. 3. Recte unum dubium; an possit, vel debeat dari viaticum illi, qui eadem die celebrauit, vel comunicauit ex deuotione; de quo sectione sequenti.

SECTIO III.

Vtrum debeat, vel possit dari viaticum illi, qui eadem die ex deuotione communicauerat.

49.
Hic casus
frequenter
contingit.

Causa hic potest frequenter contingere; & varijs fuerunt in praxi Theologorum sensus: potest autem dupliciter id eueniire. Primo, si sacerdos, verbi gratia, celebrauit mane, vel laicus comunicauit,

cum bene valeret, & postea, vel morbo subito con- repris, vel vulnere, aut alia calu percutitus in pen- culo mortis sit eadem die. Secundo, si, cum iam agrotaret, mane non animo sumendi viaticum, sed ex deuotione communicauit, postea vero eadem die, morbo ingrauecente, & morte infantey, vel viaticum accipere.

Aliqui ergo sentiunt, in utroque calu posse irre- rum dari Eucharistiam: alij addunt, posse & debere. Alij in primo solum calu id concedunt: alij in secundo, oblationem id faciendi. Afferuntur pro hac senten- tia no nulli. Autem res reuera eam non docen- imo eam videntur negare, quatenus semper addant limitationem illam, qua significari se loqui de eo, qui precedentis dies non de eo, qui eadem die com- municauerat. Sic loquitur P. Vaquez, quem pro Val- lacu sententia afferunt: ipse tamen nunquam hoc concessit, sed num. 14. dicit: Si quis confitetur agitudine sentire moris periculum, iuste posse Sacramentum non ieiuniu accipere, etiam praedicti die bene valens illud accipere. Non dicit, Lopez etiam eadem die, sed precedentis. Afferunt etiam pro illa sententia Lud. Lopez 2. parte instrutum, de Eucharistia, cap. 76. de vnu Sacramenti, §. facie- do sequitur corollarie. Sed hic Autem ibi solum ag- greditur sententiam Paludani, qui dicebat, per con- munionem factam aliquibus diebus ante agrotatu- nem excusari infirmum ab obligatione communica- candi in articulo mortis. Afferunt item Alfonso de Vega parr. 1. cap. 100. calu 24. vbi dicit, quando quis mutu aliquo ostendit deuotionem intemam, & ideo datu ei communio, si postea sii compos Eucha- ristiam petat, debere iterum ei dari. Ceterum hic Au- tor non potest intelligi de communione dandi iterum eadem die: quia in eo sensu loqueretur etiam contra prædictam sententiam, pro qua citatur. Ne- mo enim dicit, posse Eucharistiam dari bis pro Vi- tatico eadem die; & tamen in illo calu iam prima evi- vice data fuerat communio pro Viatico homini sensibus desitudo: ergo non vult ille Autor quod intra eandem diem detur iterum Viaticum agro- tam peccanti dari sibi Eucharistiam, sed quod ait die sequenti. Afferunt denique Petrus Ochagavia de Sacramentis tral. 2. de Eucharist. q. 14. Sed ibi solum transcribit verba Patris Vaquez, & docet idem de obligatione sumendi Eucharistiam, posse quoniam incepit periculum: nihil vero dicit de iterum li- menda eadem die, quia fuerat feni tempus.

Itaque huc usque ego nullum Autorem inveni- qui eam sententiam typis mandauerit: solum inuenio, ter vel quater sive in diversis locis ad proximam deductam in tortidem casibus. Sed re vera, quod se- mel, aut iterum in repentinis casibus fit, non ap- palet auctoritati corrum, qui accurate de re cog- nentes scribunt: facile enim fieri potest, ut in illa illa turbatione non occurrant rationes omnes, & ideo eligatur id, quod tutius & utilius existimat anima agroti.

Contraria ergo sententiam docent vel in con- muni, vel etiam in particuli Doctores omnes, qui dum dicunt, etiam illum, qui paulo ante com- municauit, posse postea, aduentu periculo, in- rum communicare: addunt exceptionem: nisi eadem die communicaverit. Sic loquitur Suar. diff. 6. sect. 3. §. Rogatus: & addit, contraria non solum esse contra omnes Doctores, sed etiam contra Ecclesia congre- gationes. P. Coninch. q. 80. art. 11. dubit. 3. n. 100. dicens illud à nemine concedi: P. Agundez lib. 1. de 3. art. cap. 3. in fine, vbi negat, id licet: P. Jacobus Granado in prædicto, tract. 10. diff. 3. n. 9. dicens.

Zambriano. id nullo modo licere; Catur etiā Melchior Zábrano, quem videre non licuit (*in tract. decisi casum occurrentium in articulo mortis circa Sacram. c. 3. dubit.*)
Layman. 1. Hoc ipsā docuissē videtur Layman *tom. 2. tract. 4. de Sacramento Euchar. c. 5. n. 5.* dum contra quādam sententiam, quam impugnat, infert ut magnum absurdum, quod aliquando agrotus communicaret bis intra eamē diem, quod concedi non potest.
Proposit. Eodem modo afferrī potest P. Joan. *Propositus hac q. 80. art. 11. n. 54.* ubi sequitur sententia P. Vasq. supra adductam, quod agrotus, qui ante ægritudinem communicauit, nondum satisfecerit huic præcepto: vnde concludit pro praxi, si vno, vel altero die ante morbum communicasset, obligari ad accipendum postea Viaticum. Eodem modo loquuntur alij omnes, nemine concedente pro eadem die: à qua communī auctoritate non viderur facile recendū.

53. Et quidem, si sermo sit de illo, qui iam in ægritudine positus communicauit ex devotione illa die, non video, quo modo possit dari iterum communio eadem die: impossibile enim est, quod morbus ille, qui hodie ducit ad mortem hoc mane non esset periculofus, quantumvis eius periculum non agnoscere, rurero iam accepit hoc sacramentum in periculo constitutus, ad quod solum obligat præceptum Diuinum. Posset quidem aliquando evenire, ut propter errorē, aut excessum aliquem morbus, qui nondum erat periculofus, fiat repente periculofus, sed die præcedenti, & multo ante periculofus agrotabat infirmus, atque ideo in mortis periculo comunicavit.

54. Si vero sermo sit de illo, qui mane bene valebat, & vulnere percussus, vel subito morbo corruptus vespere moritur, apparentius dici posset, quod possit iterum communicare; quia re vera nondum accipit Eucharistiam in mortis articulo constitutus. Ad quod videret conducere doctrina illa P. Vasq. relata, quod per communione ante vulnus, vel morbum factam nondum satisfactum sit Diuino præcepto. Si enim nondum est satisfactum, debet fastiſi, ante quam moriatur, & per consequens eadem die. Quare pro hac sententia adducunt aliqui P. Vasquez: sed immoritostum quia ipse, vt vidimus, nunguam consequentiam concepit, sed ex industria apposuit limitationem illam, etiam si præcedenti die communicasse; tum etiam, quia consequentia non est legitima: adhuc enim, concepsa tota illa doctrina, negari potest; quia præceptum Viatici accipiendi non obligat ad accipendum illud, quando accipi non potest: nunc autem non potest accipi eadem die, propter Ecclesiæ prohibitionem, quia prohibetur, ne quis pluries eadem die communicet. Quare sicut non obligat ad sumendum illud, quando defunctus vestes sacrae requiri ex præcepto Ecclesiæ ad conferrandum, quia obstat Ecclesiæ prohibitiō: sic nec poterit accipi, quando obstat eiūdem Ecclesiæ prohibitiō communicandi pluries intra eandem diem.

55. Vnde etiam in eo secundo casu hac pars videret in hoc rerum statu vera, dum legitima consuetudo contraria contrarium non introducerit: quia omnes Doctores, qui huius dubij meminerunt, id supponunt tanquam certum, & indubitatum: certeri autem licet bis comunicare eadem die extra Missam, nisi quando propter reuerentiam sacramenti necesse est, quod ab aliquo consumatur; quia exceptio unica

P. Joan. de Lugo, de Sacramentis.

ab omnibus assignata firmat regulam vniuersalē in contrariū. Quod enim aliqui respondent, omissum fuisse à Theologis hunc casum, quia rarissimum est, non potest satisfacere: multo enim rarior est casus ille irreuerentie, propter quam necesse sit à laico ſecunda communione sumi Eucharistiā, quem casum nemo nostrum fortasse vidit evenire, cum tamen necessitatē ſumendi Eucharistiā iterum propter mortis periculum ſepiuſ intra paucos annos in noſtri domib⁹ eueniſſe ſciamus: & credibile est, quod frequenter contingat in tanta facerdotum multitudine, qui quoridam celebrant, & eadem die, vel vulnere, vel collisione, vel subito morbo correpti in mortis periculum incident quibus cum non detur eadem die viaticum, merito dixi Suarez, id contra Ecclesiæ consuetudinem, & praxim eſe.

Vnde secundo argui potest, quia si intra eamē diem debet, aut poſſet iterum dari communio, debet, aut poſſet dari intra eamē horam, aut ſemi horam, si aliquis ſtatiū poſt communionem vulnere, vel morbo oppreſſus inciperet mori: ratio enim eadem eſt, ſcilicet obligatio: vel facultas accipiendo communionem cum intentione accipiendo Viaticum. Consequens autem nec in praxi vñquā viſum eſt, nec fieri poſſet abſque ſcandalō: si aliquis agrotus ex devotione communicaret, & ſtatiū reuocaret Parochus, dum ad Ecclesiā rediret, vt iterum eidem agrotō iam morienti communionem daret, quia vel prius periculofus non agrotabar, vel non acceperat communionem cum intentione accipiendo viaticum: ergo ſignum eſt, quod iuxta ſenſum fideliū in eo caſu nec sit obligatio id faciendi, nec poſſit licite fieri.

Ratio autem à priori ex dictis ſectione præcedenti facile colligitur, quia ſcilit per communio- nē factam paulo ante mortem, etiam ſine periculi aut morbi cogitatione, ſatisfactum eſt recipi præcepto ſcommunicandi in fine vita; ſicut de facto latiſſit, qui bene valens, ſciens, le cras occiduntū, ho- die communicat, & ſatisfaceret, ſi id ſolum ex reuelatione ſciret; cum ergo periculum non augeatur ex eo, quod homo ſciat, inſtare morte (nam periculum re ipſa iam eſt, licet ignoretur) fatendum eſt, illum etiam, qui inſtabat mors eadem die, re ipſa ſcommunicalle in mortis periculo, licet id ignorarer, atque adeo ſatisfaciſſe præcepto Diuino. Merito ergo Ecclesiæ non diſpenſauit in prohibitiō ſcommunicandi bis eadem die, cum nulla eſſet neceſſitas ſecun- da communio. Vnde obiter ſoluit præcipuum fundamentum contraria ſententia, quod definiuit ex obligatione præcepti Diuini de viatico fu- mendō, qua debet præferri præcepto humano pro- hibenti bis ſcommunicare eadem die. Responderet enim facile, in illo caſu ſatisfactum eſſe iam Diuino præcepto per primā communionem, vt diximus. Adde etiam non fuſſet ſatisfactum, non obligaret Diuino præceptum ad ſumendum iterum eadem die, ſtante prohibitiō contraria Ecclesiæ, ſicut non obligat ad celebrandum ſine vestibus facris propter Ecclesiæ prohibitiō: vnde Vasquez, & alij, qui dicunt, nondum fuſſet ſatisfactum præcepto Diuino, non concedunt tamē, quod debeat, aut poſſit accipi communio iterum eadem die, ſed ſequenti.

Arguit ſecundo præceptū ieiuniū naturalis ante communio non obligat, quando necesse eſt accipi viaticū; ergo nec præceptum non ſcommunicandi bis eadem die, præfertim cum præceptū ieiuniū naturalis habeatur clare ex lege Ecclesiastica, præceptum vero non ſcommunicandi bis habeatur ſolum ex conſuetudine: lex enim Ecclesiastica ſolum loquitur de non celebrandō bis eadem die, vt conſtar ex c. Con-

56.
probatur hoc
vterius quia
ſi eadē die,
ergo eadem
hora, &c.

57.
Ratio ex di-
cta ſect. pri-
ori ſi facile col-
ligitur.

*Soluitur præ-
ceptum con-
traria ſenten-
tia funda-
mentum.*

58.
Obiiciunt ſe-
cundū.

sulisti, &c cap. Te referente, de celebratione Missarum.
Respondetur. Respondet retorquendo argumentum: imo enim ut posset Viaticum accipi à non ieiuno, necessaria fuit expressa licentia eiusdem Ecclesie, qua in eō casu noluit obligare ad ieiunium, quæ licentia cum non sit ab Ecclesia data ad duplēm cōmunionem, nec Doctores meminerint talis exceptionis; non est, eur fiat à nobis ea exceptio, sicut nec fit ad celebrandum tunc absque ueste sacra, quia Ecclesia non excepit hunc casum in precepto celebrandi cum vētibus sacrīs.

59.
**Tertio ar-
gumento.**

Respondetur.

Tertio arguit, quia sacerdos potest bis celebrare eadem die, si ieiunus sit, ad dandam viaticum moribundo, ergo & ipse infirmus, cuius causa agitur, poterit ad accipiendo viaticum secundo cōmunicare. Respondet negando consequentiam, primo quia decreta citata concedunt sacerdoti illam licentiam, dum concedunt, quod possit sacerdos in necessitate plures celebrare: nec argui potest à sacerdote ad laicos: nam in die Natalis, & in aliis casibus potest sacerdos plures celebrare, in quibus tam laicus nunquam coēcessa est duplex cōmunionem. Secundo, quia si sacerdos in eo casu non celebrat secundō, infirmus morietur absque viatico: hoc autem non sequitur, si ipse infirmus non secundō cōmunicet; quia per primā cōmunionem, vt vidimus, satis factum fuit obligationi accipendi viaticum.

60.
**Obiectum
ultimo.**

Respondetur.

Vltimo obieciunt, hanc sententiam esse nimis rigidam. Respondet, magis rigidam esse contrariam, cum obliget sub peccato mortali ad accipiendo iterum cōmunionem eadem die, & eadem hora, qua idem infirmus cōmunicauerat. Nam quod aliqui medianam viam sequentes dicunt, posse quidem, sed non debere ex obligatione accipi secundam cōmunionem; non videtur id satis consequenter dici. Si enim praeceptum viatici sumendi non obligat, non appetit, unde habeatur illa licentia plures cōmunicandi contra prohibitionem vniuersalem, cum neque ex consuetudine, aut ex lege aliqua probari possit. Post hæc scripta inueni P. Gasparem Hurtado in tr. de sacram. disp. 10. de Euchar. diff. 2. docentem, eum, qui bene valens cōmunicauit manu, debere eadem die mortis pericula advenienti iterum cōmunicare: quod dicit fecisse P. Claudio Aquauium Generalem Societatis, quae celebrauit mane Sacro, eadem die accepit viaticum; & alios duos Patres Matrii. Ego de illis alii nescio quid fecerint: de P. Claudio, scio certè, illum non celebraisse illa die, sed per multis dies periculose egrotasse, & iuxta vñam Societatis cōmunicasse illo mane: quare hoc exemplum est contra illum Auctorem, qui negat, posse accipere viaticum qui eadem die in periculo iam constitutus cōmunicauerat: nec adduci debent, vt dixi, in exemplum eas; quæ ab afflītis in illa perturbatione femei aut iterum facta sunt, quando temporis angustia non permittit rationes, & Auctores accurate examinare.

S E C T I O N E IV.

De præcepto Ecclesiastico Communionis Paschalis, & annue.

61.
**Fabianus
Papa.
Inno. III.
Præceptum
Fabiani est
Inno. III.**

Præceptum Fabiani Papæ, quod olim obligabat ad ter in anno cōmunicandū, iam nunc obligat ad femei, saltem in Paschate; quod decretum fuit ab Innocent. III. in Conc. Lateran. relato in c. *Omnis viri que sexus, de penitent. & remiss. verba decreti hæc sunt: Omnis viri que sexus fidelis, postquam ad annos disfentionis peruerteri, femei saltem in anno confiteatur, suscipiens peruerter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquamrationabilem causam ad item-*

pus ab huiusmodi perceptione duxerit abstinentiam; alioquin & vienam ab Ecclesia ingressu arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura. Quod præceptum quia communē est pro vtroque sacramento, solet magis ex professo in materia de Peccitia explicari. Aliqua tamen Eucharistia propria breviter attingemus.

Primo itaque nomine *Paschalis* non intelligitur solus dies Relurrectionis, sed quindecim dies a Dominica Palmarum, vñque ad Dominicum in Albo inclusiū; iuxta communē vñam, & declarationem Eugenij IV. Imo in aliquibus locis extendit tempore ad totam Quadragesimam, ita vt qualiter eius die satisficeri possit præcepto.

Secundo dubitatur, an præceptum hoc sit affixum Paschatis, ita, vt qui tunc non cōmunicant non obligent amplius ad cōmunicandum illo tempore anno. Prima sententia docet, non obligari amplius, pro illo anno, sicut qui hodie non recitauit, vel non audiuit Missam in festo non tenetur ad recitandum, quod omisit, vel audiendum Missam die sequenti; quia sunt obligationes annexæ tali diei. Ita Antoninus, Sylvestris, Tabiena, Medina, Soro, Victoria, quos afferit Suarez, disp. 70. scđ. 2. Item Ledelim, Sam. Ioan. de la Cruz, Toletus, Valentia, Emanuel, quos afferit & sequitur Anton. Diana 2. tom. 4. de sacram. refutat. 41.

Seconda sententia distinguunt inter eum, qui omnifit cōmunionem Paschalem ex legitima causa, siue cum consilio, siue ab ipso consilio Confessarij, & cum qui culpabiliter omisit; illum dicit obligari ad cōmunicandum postea, hinc non obligari. Ratio autem est, quia præceptum ipsum ita impofitum fuit, vt differri posset cōmunione rationabili causa cum consilio Confessarij; idem autem videtur esse, quando ex consilio præsumptio Confessarij defertur: ergo tunc nondum præterit tempus præscriptum ab ipsa lege; sicut praterit, quando absque rationabili causa fuit omisita cōmunione. Ita Armilla, & alii apud Suarez.

Tertia sententia dicit, semper manere obligatiōnem continuam cōmunicandi, quamprimum mortaliter possit, post Pascham quia terminus ille non a signatur, vt in illo solo debeat fieri, sed vt ultra illum non debeat differri opus præscriptum. Nam in hac lege sunt duo præcepta alterum cōmunicandi femei saltem in annos, alterum cōmunicandi in Paschate; quando ergo secundum præceptum impleri non potest, debet obseruari primum, cui opponitur illa vñterior dilatio cōmunionis. Ita Suarez, disp. 70. scđ. 2. Vafquez tom. 4. de Penitent. Concl. 9. 90. art. 3. dub. 2. n. 13. Coninck dub. 4. Layman n. 4. Layman n. 5. 1. 8. Nugnus, Pirigianus, Fagundez, Azor, Sylvestris, Graffius, quos refert Diana silarol. 41.

Ego partim conuenio cum hac tercia sententia, partim dissentio. Placet itaque, quod elapso termino diligenter Paschatis, non extinguitur obligatio præcepti, adhuc duret: quia reuera hoc præceptum non est, sicut præceptum ieiunandi vel audiendi Missam tali die, sed continet virtualiter dico præcepta, vt diutius est; alterum cōmunioni saltem in annos, alterum cōmunicandi in Paschate: hoc secundum aliquid ligatur tali termino, quia respicit cōfessionem illius festivitatis, alterum adhuc perleuerat. Colligitur autem hoc in primis ex verbis legis: femei saltem in anno confiteatur, suscipiens ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum: nam illa verba, saltem, & ad minus, fatus indicant, simul prohibiri minorem frequentiam cōmunionis, & præcipi ad minus annuam. Quem est illorum verborum sensum, explicit magis Concilium Tridentinum scđ. 1.

67. *can. 9. Si quis, inquit, negauerit, omnes, & singulos Christi fideles virisque sexus, cum ad annos discretionis peruenierint, teneri singulis annis, saltem in Paschate ad communicandum, iuxta praeceptum sancte matris Ecclesie; anathema sit.* Vbi verba illa Innocentii semel saltem in anno, non solum ad Confessionis, sed ad Communionis etiam praeceptum referuntur.

Ratione item hoc ipsum conuincitur; quia Ecclesia, ut supra vidimus, debuit exigente fidelium negligientia, determinare tempus implendi diuinum praeceptum, in quo non fuerat tempus determinatum, hoc autem defecisset Ecclesia, si eum, qui in Paschate non communicaret, liberum reliquisset: multi enim tunc ob impotentiam excusatentur: cu ergo Diuinum praeceptum non respiceret venerationis, & cultu Paschalium, sed debitam frequentiam Eucharistiae, hanc debuit Ecclesia primo loco, & principiter praecepere, ac infrequentiam prohibere, licet obiter praecepere Paschalium festiuitatem venerationis.

68. *Simile est praeceptum de die remissione peccatorum sub veniali ad recitandum debito tempore, nisi rationabilis causa excusat: & tamen, qui debita hora non recitauit, non manet liber, sed debet sub mortali intra eamdem diem supplerre; quia est quasi duplex praeceptum: alterum obligans sub mortali ad recitandum semel in die, alterum obligans sub veniali ad recitandum tali hora; qua clausa, adhuc manet obligatio alterius praecepti. Sic ergo videtur esse in casu nostro, cu hoc discrimine, quod utraq; obligatio fit sub mortali propter materiam gravitatem.*

In Hoc ergo conuenio cum illa tercia sententia: sed differentio, quatenus illi Auctores supponunt, ita perseuerare obligationem communicandi post Pascha, ut ipsa vterior dilatio semper afferat nouam culpam: quia obligatio perseuerare exigens statim post Pascha obseruationem praecepti: Hoc, inquam, non videtur mihi satis consequenter dici; quia si distinguamus illa duo praecepta, quorum alterum communicandi in Paschate amplius non obligat, nec potest obseruari; solum manet obligatio alterius praecepti communicandi saltem semel in anno: hoc autem non obligat ad communicandum hoc mense potius quam illo, sed ad communicandum solum hoc anno: non ergo manet obligatio communicandi statim post Pascham, sed solum communicandi ante finem anni; qui annus, iuxta veriorem sententiam, computatur a principio Ianuarii usque ad finem Decembris, qui est annus Ecclesiasticus, & profanus, sicut hebdomada computatur a die Dominica usque ad Sabbathum: quare sicut qui habet obligationem communicandi singulis hebdomadis, sufficit si intra illos septem dies communicet, quoque die id faciat; sic qui debet intra annum semel communicare, sufficit, quo cumque mense id faciat, quantum est ex vi illius praecepti. Vnde P. Vasquez, qui *illo tom. 4. loco citato dub. 1. n. 15.* dixerat, *annum in illo cap. Omnia virisque sexus, debere computari ab initio Ianuarii, usque ad finem Decembris, non video, quomodo posse dub. 2. n. 6. & 7. dixerit, statim elapsa Paschate continuari obligationem in dies comunicandi, ne differatur amplius communio: n. vt dixi, terminus huius secunda obligacionis non est Pascha, sed annus, intra quem sufficit impleri praeceptum Communio: nis, sicut Confessionis, potquam violatum est praeceptum communicandi in Paschate.*

Nec obstat, quod iis, qui non communicant intra hebdomadam Pascha, assignari solet alia hebdomadas in qua si non communicant, denuntiantur et communicate. Respondetur enim, excommunicatio

P. Joan. de Lugo, de Sacramentis.

nem illam infligi propter transgressionem præteritam præcepti Ecclesiastici, quod obligabat sub excommunicatione ex ipso Concilio Lateranensi; infligenda tamē postea à Prelatis; quā Prelatus nō vult exequi in eos, qui hebdomada lequēti comunicauerint.

Contr. hoc tamen virget P. Vasquez *illo dub. 2. n. 6.* quia illi, qui non communicarunt in Paschate ex-communicantur, & nō possunt absoluī à Parochis, vel aliis Confessariis, nisi communicent postea: ergo ideo quia differendo vterius communionē actu peccantis quo argumento n. 3. probauerat manere obligationem cōfidentiū quamprimum ei, qui affigato ab Ecclesia tempore nō comunicauit. Si enim non duraret obligatio cōfidentiū, sed excommuni-
catione esset solum propter peccatum præteritum, nō apparet, cur non posset absoluī à Parochis extracōfessionem ab illa excommunicatione, à qua, cum non sit reseruata, possent de iure communi absoluī à suo Confessario. Similiter ergo postea de obligatione communionis probat perseuerare; quia aliquin ille etiam, qui postea non communicaret, posset absoluī ab excommunicatione contracta propter peccatum præteritum.

In hoc argumento, & hac doctrina non video quām consequenter loquatur P. Vasquez, quia ipse met, vt dixi, docuerat *dub. præcedens n. 15.* annum in præcepto Confessionis debere computari a principio Ianuarii usque ad finem Decembris; quomodo ergo in eius sententia potest excommunicari aliquis, eo quod non confiteatur mense Aprili, vel Maio, cu anno præcedenti fuerit confessus, & possit adhuc obseruari præceptum Confessionis hoc anno mense Nouembri, vel Decembri; & tamen in eiusmodi excommunicatione numquam attenditur, an confessus fuerit anno præcedenti; ergo fatendum est, excommunicari propter omnissimam communionem debito tempore Paschalis. Rursus de ipso præcepto communionis id est Vasquez *infra n. 13. & 14.* dicit, Vasquez tunc solum esse obligationem anticipandi communionem ante Pascha, quando aliquis existimat, se non habitur copiam Eucharistiae *100 annos*; si autem timeret se non habitur copiam tempore Paschali, bene tamē postea, sicut, inquit, *non teneretur anticipare, quia cum ab eo tempore Paschale excusaretur,* propter impotentiam, *postea frequencia sacramenti, faciliter communioni satisfacere poterit.* Quomodo ergo excommunicatur propter peccatum, quod continua non communicando post Pascha, & ideo nō potest absoluī, quia nō desistit a violatione præcepti.

Ad argumentū ergo illud P. Vasquez respondere ipse debet, & respōdemus facile, excommunicationē, vt dixi, imponi propter peccatum præteritū. Episcopi enim exequuntur pena, & censuram Concilij Lateranensis; nolunt tamen illam exequi, nisi post aliquot dies: sicut autē differunt exequitionē, ita volunt, ne solum postea posse, nisi homo communicare velit; immo nec tūc solvantur, nisi ad reincidentiā, hoc est, quod reincidat homo in censurā, si post absolutionē obtentam non communicauerit; quod quidē ipse P. Vasquez facerit debet, nam absolutio ab excommunicatione lēpē datur ante communionē; & tamē nemo dicit, quod si homo postea, mutato consilio, nolit communicare, maneat liber ab excommunicatione: ergo reincidit, quia Prelati ita vtuntur iure suo excommunicandi propter Ecclesiæ præceptū violatū, vt exigant talem satisfactionem a peccatore; quam dū non offert, non absoluuntur, & quam, si postea re ipsa non ponat, reincidit in eamdem censuram.

Ex his ergo oritur tercia quæstio, an qui præuidet sibi futurū impedimentū in Paschate, debet ex obli-
igatione prævenire, & comunicare ante tēpus ab Ec-
clesia

71. *Viget contra hoc P. Vasquez.*
72. *Nō videtur in hac do-
ctrina quam
consequenter
loquatur
Vasquez.*
73. *Ad argu-
mentum
Vasq. facile
respondetur.*
74. *Tercio quo-
ritur de co-*

Q. q. 2. clesia

qui sibi futurum impeditum praevidet, Suarez. azor. Pitigianus. Sententia Suarez. & Vasquez. variata

eclesia assignatum; Negat Suarez in praesenti lect. 2. §. Tertium dubium; quod etiam tenet Azor. t. 1. lib. 17. c. 4. q. 1. 3. Pitigianus in 4. Sent. t. 1. dist. 9. q. 3. art. 9. & alij. Probat Suar. quia nemo obligatur ad anticipandum actum preceptum, nisi per talen actum possit satisfacere obligatione preceptis per communionem illam anticipatam non satisfacit homo obligationi precepti: nam si postea tempore Paschatis cessasset impedimentum, quod timebatur, adhuc homo deberet feruare legem communicandi in Paschate, cum posset, & lex absolute praecipiat id fieri: ergo non obligatur ex vi illius legis ad praeueniendum, & anticipandam communionem; sicut nec retinet ad recitandum hodie Officium craftinum, coquod cras habitus sit impedimentum.

75. Vasquez.

Sylvius. Fagundez. Hac sententia parim placet, parum diplomatis.

Contraria sententiam docet Vasq. dict. 1. 4. dub. ill. 2. n. 13. quod scilicet sit obligatio praeueniendi, non tamen respondit ad fundamentum P.Suar. nec illud propositum. Eadem sententiam docent Sylvius hac q. 80. art. 1. q. 3. Nugnus ibid. diffc. 2. Fagundez lib. 3. de Praecepto Eccles. c. 6. n. 3. & alij; quae sententia mihi etiam ex parte placet, & probatur facile ex dictis: diximus enim, in hoc praecerto contineri virtualiter duo precepta: alterum communicandi semel saltem in anno; alterum communicandi in Paschate; & quidem ut huic fecido satisfiat, non est obligatio anticipandi; sicut qui cras non potest recitare Officium, vel audire Missam, non tenetur anticipare hodiejmo nec illa anticipatio deferuaret ad satisfaciendum precepto, sed adhuc cras obligaretur, si cessaret impedimentum; sic etiam anticipatio communionis non deferuaret ad satisfaciendum precepto communionis Paschalis. Ceterum alterum praecertum communionis annua obligat ad praeueniendum, sicut qui haberet praecptum sub mortali recitandi Officium intra hanc diem, & praecertum sub veniali recitandi tali hora, praevidens impedimentum futurum tali hora, & toto tempore sequenti, obligatur ad praeueniendum ex vi obligacionis recitandi illa die. Sic ergo praecptum communicandi intra hunc annum obligat ad praeueniendum, quando non potest impleri praecptum eo tempore, quo deberet, ex vi alterius praecerti de communione Paschale.

76.

Dixi tamen ex parte placere mihi illa sententiam, quia non sufficit futurum esse impedimentum in Paschate ad hoc, vt sit obligatio anticipandi communionem: cum enim haec obligatio oriatur solum ex praecerto communicandi intra annum, & huic obligationi possit fieri satis communicando duabus, vel tribus mensibus post Pascha, dum sit ante finem illius anni, non potest esse obligatio anticipandi; nisi forte praevideatur impedimentum duraturum per totum annum; tunc enim deberet in principio anni obseruari: sicut qui praevidet, se non auditurum Missam horis sequentibus, debet eam audire prima hora ad obseruandum praecptum.

Hinc iam ad fundamentum P.Suar. possumus respondere. Et quidem aliqui dicunt, eum, qui propter futurum impedimentum in Paschate anticipauit bona fide communionem, non obligari postea ad comunicandum in Paschate, etiamsi ceteratur impedimentum. Quam sententia P.Diana dicta resol. 4. 2. dicit esse vera, & eam docuisse Suar. in praesenti lect. 2. circa finem. Sed reuera Suar. eam non tenet, sed contrariam, cum expresse dicat, se non andere excusare ab obligatione communicandi in Paschate cum, qui sit anticipasse et communione, si postea nihilominus communicare posset tempore praecerti. Affer tamen idem Diana pro illa sententia quendam Fernand. de Heredia, quem videre non potui, in dist. de Sacr. Tract. de Euchar. part. 8. dub. 1. n. 10.

77.

Ad funda- mentum Suarez re- spondet.

Diana. Suarez.

Ceterum cuiuscumque sit, ego verius existimo

cum Suarez, obligari hominem tunc ad communicaendum in Paschate; quia illa communionio non fuerit facta ad satisfaciendum praecerto communio*nis* Paschalis, vt dixi, sed ad satisfaciendum praecerto communio*nis* annua, cui quidem iam est satisfactum, sed illud alterum praecptum adhuc manet. Tamen cum sua vi ad obligandum. Sic etiam qui de facto communicauit hoc anno ante Quadragesimam de manu sui Parochi, satisfecit quidem praecerto annua communionio, licet non haberet talē intentionem, & tamen obligatur ad comunicandum in Paschate, quia illi praecerto nondum satisfecit. Vnde ad argumentum P.Suar. in forma concedo Maiores, & distinguo Minorem. Per illam communionem non satisfacit homo obligationi annua communionis, ne go; obligationi communionis Paschalis, concedo; atque e ideo non obligatur ad anticipandum proprium hec secundum praecptum, sed propter illud primum; cum quidem iam satisfactum est: hoc autem debet intelligi, vt diximus, si impedimentum timeatur duraturum per torum annum: alioquin non obligatur ad comunicandum ante Paschale, si tamen communicasset, non obligaretur amplius ex praecerto communionis annua, sed solum ex praecerto communionis Paschalis, si in Paschate posset communicate.

Obiciet aliquis exemplum supra adductum de praecerto graui recitandi intra hanc diem, & praecerto leui recitandi tali hora: quod exemplum videtur posse contra nos retorqueri. Nam si aliquis bona fide putans, se habituru*m* impedimentu*m* tali hora, anteprecatione Officij, posset licer impedimentu*m* non sit illa hora, non obligabitur etiam sub veniali ad recitandum iterum illa hora; ergo per recitationem anticipata satisfecit vtrique praecerto, alioquin si fecundo non est satisfactum, manebit obligatio sub veniali recitandi illa hora: ergo similiter per communionem anticipata bona fide facta, satisfactum fuit vtrique praecerto; quod enim videtur esse ratio in vtreco calo.

Respondeo, exemplum illud non esse simile in omnibus, differt enim materialiter in aliquo a nostro casu, quatenus praecptum recitandi tali hora non est omnino absolutum, sed conditionatum, scilicet, nisi rationabilis causa sit anteponendi, vel postponendi, vel non recitandi illa hora. Vnde qui ex rationabili causa propter impedimentum, quod futurum timebat, anticipauit, non obligatur amplius illo praecerto leui recitandi tali hora, etiam si posset celere impedimentum: imo licer absque rationabili causa anticipauerit aliquis recitationem, & in hoc ipso peccauerit venialiter; posset tamen non obligatus sub veniali ad recitandum iterum hora debita, quia iam tunc habet rationabilem causam non recitandi illa hora, scilicet, ne cogatur bis recitare, cum iam recitauerit intra eandem diem: hunc autem esse sensum, & modum obligacionis illius praecerti quod talem horam, constat ex omnium vnu. At vero praecptum communicandi in Paschate non habet eu*m*odi conditiones, sed est sicut praecptum audiendi Missam, vel ieiunium tali die, quae alligantur tali die, & ideo nec possunt anticipari, nec postponeri.

Dices; imo habet explicatum conditionem, vt ex rationabili causa impleatur alio tempore, cum ler*m* ipfa praebat facultatem differendi communionem ex confilio Confessarij, unde poterit ex eodem confilio cum rationabili causa anteponi. Respondeo, imo dico, quia lex solum dat facultatem differendi ex confilio Confessarij, arguitur non posse anticipari: neque enim ex una facultate sequitur altera quia, vt notuit bene Suar. illa lect. 3. in fine, Cofessarius non potest dispensare, aut consulere, vt qui in Paschate non habet impedimentum aliquod, abstineat tunc a communione;

munione; ergo nec poterit dispensare, vt qui antea communicauit, non communicet in Paschate, si tunc nullum habeat impedimentum: numquam ergo lex illa dat facultatem abstinenti à communione; quando non adest impedimentum in ipso tempore quod à lege præscribitur.

82. Quarto queri solet, an qui scienter, vel ignoranter communicauit in Paschate in statu peccati, statuerit Ecclesia præcepto, ita vt postea non obligetur ad communicandum iterum eodem anno. Neant plures, Durandus, Capreolus, Adrianus, apud S. loco citato sect. 3. Afferri etiam potest Dionysius Cisterciensis in 2. disp. 17. quatenus dicit, modum charitatis cadere sub præceptis Decalogi. Sed magis expelle hoc docent in nostre casu Nigrius in præf. semi quest. 80. art. 1. difficult. 2. dub. vlt. Sylvius in Nigrius. Sylvius in præf. art. 11. questio 2. & alij Recentiores.

83. Contra sententia communis est, quam tenent Corduba, Soto, Coquarruia, quos refert, & sequitur Communi sententia af. Suarez sect. 3. Azor tom. 1. lib. 7. c. 41. quest. 12. Lud. Lopez par. 1. Infruct. cap. 11. Facundez lib. 1. de 3. format. Præcept. Eccles. cap. 6. num. 4. Pitigianus in 4. disp. 9. quest. 3. art. 10. Villalobos in Summa tom. 1. trah. 7. disp. 42. n. 6. Diana tom. 2. rr. 4. de Sacram. resol. 43. & alij omnes fere communiter.

Ratio præcipua est, quia præcepta non obligant ad finem, sed ad substantiam præcepti: quare licet Ecclesia in hoc præcepto intèdat, quod fideles huius Sacramenti fructus, & effectus percipiunt, id tamen, quod præcipit, solum est, quod sufficiat Sacramentum ergo ille, qui reuera suscipit hoc Sacramentum, vere satisfacit præcepto, licet iniuriter, immo sacrilege, & cum novo peccato. Sicut præceptum sufficièt di Ordinem, aut Confirmationem, vel contrahendi matrimonium, obserueretur ab eo, qui indigne ea Sacraenta suscipiter: & sicut satisfacit præcepto audiendi Misam, qui cam ex malo fine, & peccaminose audit. Vide, quæ diximus sectione 2. n. 21. circa præceptum Diuinum, & postea n. 45. circa præceptum sumendi Vaticum: ea enim a fortiori probant hoc præcepto Ecclesiastico; vbi etiam affinavimus differétiā inter communionem factam in peccato, & illam, quæ fieret casu, & absque intentione; per hanc enim non impleretur præceptum, quia non esset Sacramentalis, sicut illa alia: præceptum autem est de communione Sacramentali, & validatio non de fructuosa.

Obiicitur primo: quia Ecclesia præcipit semel in anno Eucharistiam venerenter suscipere; vt constat ex verbis Legis supra relatis; qui autem indigne suscipit, non accedit reuerenter, sed irreuerenter: ergo non satisfacit præcepto. Respondeatur Ecclesiam illo verbo, reuerenter, vel volunſe solum reducere in memoriam vniuersique debitum reuerentie, quod aliunde obligat, vel præcipere reuerentia extermam. Alioquin non congrueret pena arcendi, ab Ecclesia transgreſores, quam imponit: quomodo enim possent Pralati cam exequi contra indigne communiques?

Obiiciunt secundo: quia hoc præceptum est determinatum præcepti Diuinum: sed Diuinum præceptum non solum obligat ad communionem, sed etiam ad communicandum digne, & in statu gratiae: ergo Ecclesia præceptum debet habere idem obiectum, necesse enim est, vt id, quod determinat aliud, participet eadem prædicata, & sit sub eodem genere, cum eo, quod determinatur. Respondeatur, concessa Maiori, distinguendo Minorem: præceptum Diuinum positivum, quod obligat ad communionem, præcipit, quod sumatur in gratia, nego: huic enim præcepto satisfacit etiam per communionem indi-

gnata, vt vidimus Sectione secunda, locis suprà ci-tatis: Præceptum Diuinum aliud naturale, quo prohibetur accedere indigne, concedo: præceptum autem Ecclesia determinat solum illud prius præceptum Diuinum propositum, non hoc posterius naturale & negativum: hoc enim non indiget determinatione, cum sit vniuersale, & obliget pro semper.

Tertio obiiciunt, quia Ecclesia præcipiens recitat Officium, vel audire Sacrum, præcipit etiam reuerentiam, & attentionem debitam, quia haec sunt de substantia illarum actionum, quas præcipit; ergo præcipit etiam dignam sumptionem Eucharistia, quia dignitas est magis de substantia rei præcepta. Respondeatur retorquentio Antecedens: nam Ecclesia præcepto fit satis per recitationem, vel auditio-nem Miffæ sacrilegam, & factam ex fine peccamino-so, quia adhuc illæ manent substantialiter recita-tio, vel auditio Miffæ; ergo per communionem in-dignam satisfiet, quia haec est substantialiter com-munio Sacramentalis, quam Ecclesia præcipit. Ita-que recitatione etiam Officij absque attentione interna, dummodo adsit intentio, & alia requiriata, est re-citatio substantialis. An vero de facto Ecclesia etiam præcipiat attentionem, & qualem, dicemus aliquid infra Disputatione ultima, de auditione Miffæ.

86. Quarto obiicitur Sylvius, quia Sacramentum hoc est cibus animi: non satisfaceret autem præcepto de sustentanda vita corporali, qui cibum corporis su-meret eo modo, quo non potest prodelle, sed solum obesse; ergo neque is, qui accipit Eucharistiam indi-gne, satisfacit præcepto. Respondeo, illud præceptū naturale non esse formaliter sumendi cibum, sed sustentandi vitam; quare si quis absque cibo susten-taret vitam, quomodo cumque id fieret, non tenere-tur ad capendum cibum. In nostro autem casu præ-ceptum non est de fine, quod à posteriori constat, quia licet aliquis ex revelatione sciret, se absque Eucharistia conseruaturum, & cum augmentatione gratiæ, adhuc obligaretur præcepto sumendi Eucha-ristiam: non ergo præcipitur finis, sed sumptio huius cibi, siue profit, siue non profit conseruationi gratiæ. Secundo enim præcepto positivo Diuino, & humano, non est obligatio gravis procurandi conserua-tionem vita spiritualis per hoc medium, cum sint alia media ad illum finem obtainendum.

Quinto queri solet, quæ atate obligentur pueri hoc præcepto Ecclesiastico: De hoc tamen diximus supra disp. 13. Quæ denique solet, an huic præcepto debeat satiſferi in Ecclesiis Regulariis; de hoc vero dicemus infra disp. 18. de ministro Eu-
obiicitur
quarto
Sylvius.
Respondeo.

DISPVT. XVII.

Vtrum consilendum sit omnibus fi-delibus indifferenter vsus quo-tidianus Eucharistia.

SECTIO I. Sententia affirmans, omnibus expedire communionem quotidiam.

SECTIO II. Prior pars vere, & communis senten-tia explicatur & probatur.

SECTIO III. Secunda pars communis, & vere sententia probatur.

SECTIO IV. Soluuntur obieciones contra commu-nem sententiam.

DIVIVM hoc tetigit sanctus Doctor in præ-senti articulo 10. cuius sententiam reliqui Scholastici amplexi breuiter supponunt, & iam

P. Ioan. de Lugo, de Sacramentis.

Q. 3 res